 nonae penuria ac trimestrium induciarum exitu, abscessere: etai de Ora-  
 toribus nihil dum acceperant. Iam annus circa vernali aequinoctium se  
 vertebat, in obsidione contritus totus cum diebus praetera novem; quan-  
 do Gotthi, castris suis omnibus incensis, prima luce, se in viam dede-  
 runt. Romani, fuga hostium animadversa, quid consilii pro re nata ca-  
 perent nesciebant. Tunc enim equitatus pars maxima aberat, aliis alio,  
 ut dixi supra, dimissis; neque ipsi viribus tantae hostium multitudinī se  
 pares putabant. Nihilominus Belisarius pedibus cunctis atque equitibus  
 arma imperat; utque hostium plus dimidiam partem transisse pontem vi-  
 dit, porta Pinciana educit copias; nec minus acriter conferunt manus,  
 quam in quolibet superiorum certaminum. Principio quidem Barbaris  
 hostilem impetum fortiter sustinentibus, utrinque multi primo congressu  
 occiderunt. Deinde versi in fugam Gotthi, gravem insigneque cladem



μενοι μέγα τε καὶ ὑπερφυῆς σφίσιν αὐτοῖς τὸ πάθος ἐποιοῦν.  
 αὐτὸς γὰρ ἕκαστος τὴν γέφυραν διαβαίνειν ἠπειχέτο πρῶτος. ἀφ'  
 οὗ δὴ ἐς στενοχωρίαν πολλὴν ἀφικόμενοι τὰ χαλεπώτατα ἕκαστον. P 412  
 πρὸς τε γὰρ σφῶν αὐτῶν καὶ τῶν πολεμίων ἐκτείνοντο. πολλοὶ  
 5 δὲ τῆς γεφύρας ἐξέπιπτον ἐφ' ἑκάτερα ἐς τὸν Τίβεριον καὶ αὐτοῖς  
 ὅπλοις καταδύομενοι ἔθνησκον. οὕτω δὲ τοὺς πλείστους ἀπο-  
 βαλόντες οἱ λοιποὶ τοῖς πρότερον διαβῆσι ξυνέμιξαν. Λογγίνος  
 δὲ Ἰσαυρος καὶ Μουνδύλας, οἱ Βελισαρίου δορυφόροι, διαφε-  
 ρόντως ἐν ταύτῃ τῇ μάχῃ ἠρίστευσαν. ἀλλὰ Μουνδύλας μὲν τέ-  
 10 τάρσι βαρβάρους καθ' ἕκαστον ἐς χεῖρας ἐλθὼν ἔκτεινέ τε ὑπαν-  
 τας καὶ αὐτὸς ἐσώθη. Λογγίνος δὲ τῆς τῶν πολεμίων τροπῆς  
 αἰτιώτατος γεγονὼς αὐτοῦ ἔπεισε πολλὴν αὐτοῦ πόθον τῶν Ῥω-  
 μαίων στρατοπέδῳ ἀπολιπών.

ια'. Οὐδέτις μὲν οὖν τῷ καταλοίπῳ ἐπὶ Ῥαβέννης ἰὼν B  
 15 τῶν χωρίων τὰ ὀχυρώματα πλήθει φρουρῶν ἐκρατύνατο, ἐν  
 Κλουσίῳ μὲν τῇ Τούσκων πόλει χιλίους τε ἄνδρας καὶ ἄρχοντα  
 Γιβίμερα ἀπολιπών, ἐν τε Οὐρβιβεντῷ τοσοῦτους, οἷς δὴ ἄρ-  
 χοντα Ἀλβλαν ἄνδρα Γότθον ἐπέστησε. καὶ Οὐλγισαλον ἐν τῇ  
 Τουδέρα ξὺν τετρακοσίοις κατέλειπεν. ἐν δὲ δὴ Πικηνῶν τῇ χώρᾳ  
 20 τετρακοσίους μὲν ἐς Πέτραν τὸ φρούριον εἴασεν, οἷ καὶ πρότερον  
 ταύτῃ ἄκηντο, ἐν Ἀύξιμῳ δὲ, ἣ πασῶν μεγίστη τῶν ἐκείνη πό-  
 λεῶν ἴσται, Γότθους τε ἀριστίνδην συνειλεγμένους τετρακισχιλίους C

4. πρὸς τε L. Vulgo πρὸς γε. 9. τέτταρσι] τέττασι L.  
 16. „Τούσκων] Ita legendum, non τούτων.“ MALT. τούτων HL.  
 19. Πικηνῶν Hm. Πικήρων P. πικηνῶν H. *ibid.* τῇ om. P,  
 habent HL. 22. ἀριστίνδην L. ἀρισταίνδην HP.

sibi ipsi importavere. Cum enim quisque pontem transgredi primus con-  
 tenderet, iniquissimo disclusi spatio, acerbissimam capiebant calamitatem.  
 Quippe ferro interfant, cum hostili, tum suo: e ponte hinc et inde  
 multi prolabebantur in Tiberim, et cum armis haugi fluctibus extingue-  
 bantur. Ita amissis quamplurimis, ceteri se illis admiscuere, qui iam  
 ante transierant. In hoc praelio Longinus Isaurus et Mundilas, Belisarii  
 Protectores, rem praeclarissime gesserunt; ita tamen ut Mundilas inter-  
 fectis singulari certamine Barbaris quatuor, sospes evaserit, Longinus  
 vero, in cuius potissimum virtute causa fugae hostium constitit, ibi oc-  
 cubuerit, Romano exercitui magnum sui desiderium relinquens.

11. Vitigis cum exercitu reliquit Ravennam petens, loca munitio-  
 nibus valida firmavit praesidiis. • Clusil, quae Tusciae urbs est, viros  
 mille et Gibimerem Ducem reliquit: Urbe veteri totidem; quibus Albian  
 natione Gotthum praefecit: Tuderti Ullgisalum cum eo. In Piceno, sta-  
 tionarios eo. qui Petram castellum habebant, non amovit. Auximi, quae  
 est omnium regionis illius urbium maxima, Gotthorum quatuor millia,

κατέλιπε καὶ ἄρχοντα ἐς ἄγαν δραστήριον Οὐσίανδρον ὄνομα, ξὺν  
 τε Μόρρα δισχιλίους ἐν Οὐρβίνῳ τῇ πόλει. ἔστι δὲ καὶ ἄλλα  
 φρουρία δύο, Καίσηνά τε καὶ Μοντεφέρετρον. ὧν δὴ ἐκατέρω  
 φρουρὰν οὐχ ἤσσαν ἢ κατὰ πεντακοσίους ἀνδρῶν κατεστήσατο.  
 αὐτὸς δὲ τῷ ἄλλῳ στρατῷ εὐθὺς Ἀρμίνου ὡς πολιορκήσων ἐχώ- 5  
 ρει. ἐτύγγανε δὲ Βελισάριος, ἐπειδὴ τάχιστα Γότθοι τὴν πο-  
 λιορκίαν διέλυσαν, Ἰλδίγερά τε καὶ Μαρτίνον ξὺν ἰππεῦσι χιλίοις  
 πέμψας, ἐφ' ᾧ δι' ἐτέρας ὁδοῦ θάσσον ἰόντες φθάσωσι τοὺς  
 D πολεμίους ἐς Ἀρμίνον ἀφικόμενοι, καὶ σφίσι ἐπέστελλεν Ἰωάν-  
 V 74 νην μὲν καὶ τοὺς ξὺν αὐτῷ ἅπαντας ἐνθὺνδε ἐξαναστήσειν ὡς 10  
 τάχιστα, πολλοὺς δὲ ἀντ' αὐτῶν ἱκανοὺς μάλιστα ἐς τῆς πόλεως  
 τὴν φυλακὴν καταστήσασθαι, ἐκ φρουρίου ἀφελομένους, ὃ δὴ  
 H 227 πρὸς κόλπῳ τῷ Ἴονίῳ ἐστίν, Ἀγκῶν ὄνομα, δυοῖν ἡμέραιν ὁδὸν  
 Ἀρμίνου διέχον. ἤδη γὰρ αὐτὸ οὐ πολλῷ πρότερον κατελήφει,  
 Κώνωνα ξὺν τε Ἰσαύρων καὶ Θρακῶν στρατεύματι οὐκ ὀλίγῳ 15  
 P 413 πέμψας. ἤλπιζε γὰρ, ἦν πεζοὶ τε καὶ μόνοι ἀρχόντων οὐκ ἀξιο-  
 λόγων σφίσι παρόντων Ἀρμίνον ἔχουσι, οὐποτε αὐτοῖς ἐς πο-  
 λιορκίαν Γότθων τὴν δύναμιν καταστήσεσθαι, ἀλλ' ὑπεριδόντας  
 ἐπὶ Ῥαβέννης αὐτίκα λέναι, ἦν τε Ἀρμίνον πολιορκεῖν ἐθαλή-  
 σωσι, τοῖς πεζοῖς τὰ ἐπιτήδεια ἐς πλείω τινὰ χρόνον ἀρκέσειν· 20  
 καὶ ὡς ἰππεῖς δισχιλίοι ἐξωθεν ξὺν τῷ ἄλλῳ στρατῷ ἰόντες πολ-  
 λά τε κακὰ, ὡς τὸ εἶκος, τοὺς πολεμίους ἐργάσσονται καὶ ῥᾶσον

1. Οὐσίανδρον HL. Οὐσίανδρον P. 2. Μόρρα] τῷ μορρῆ HL.  
 3. Καίσηνά τε καὶ Μοντεφέρετρον P cum Vat. καὶ σινά τε καὶ  
 μόντης φεράντης HL. 7. Ἰλδίγερα] Ἰλδίγερ L. 22. ἐργάσσον-  
 ται] ἐργάζονται L.

gentis florem, locavit, ac Visandrum, strenuissimum Ducem Urbis, duo millia cum Morra. Castella sunt praeterea duo, Caesena ac Monsferetrus. In utroque praesidiarios haud minus d. constituit, et cum caeteris copiis Ariminum recta contendit eo animo, ut circumederet. At Belisarius, statim post solutam a Gothis obsidionem, Idigerem, ac Martinum miserat cum equitibus mille; ut alia via, maioribus itineribus, hostium in urbem Ariminum adventum praecurrerent. Haud praeciperat, ut Ioannem eiusque turmas omnes inde amoverent quamprimum, et in illorum vicem complures urbi custodiendae idoneos substituerent, deductos a castello, cui nomen Anconae, ad sinum Ionium posito, dissitoque bivium ab Arimino. Id paulo iam ante ceperat, illic misso, cum Isaurorum ac Thracum copiis non paucis, Conone. Sperabat autem fore ut, si pedites tantum et Duces haud magis nominis Ariminum tenerent, ad eius obsidionem nunquam descenderent superbae Gothorum vires, sed ubi per contemptum praeterita, Ravennam pergere maturarent: sin Ariminum obsidere vellent, diutius annonam peditibus suppetituram videbat, ac bis mille equites foris cum reliquis copiis circumvolando, hostem procul du-

ἐς τῆς προσεδρείας αὐτοῦς τὴν διάλυσιν ξυνέλουσσι. τοιαύτη  
 μὲν γνώμη Βελισάριος τοῖς ἀμφὶ Μαρτίνον τε καὶ Ἰλδίγερα ταῦτα  
 ἐπήγγελλεν. οἱ δὲ διὰ Φλαμινίας ὁδοῦ πορευόμενοι λίαν τε τοὺς  
 βαρβάρους προτερήσαντες ἤσαν. ἄτε γὰρ ἐν πολλῶ ὁμίλῳ οἱ B  
 5 Γότθοι σχολαίτεροι ἐπορεύοντο, καὶ περιόδοις ἠναγκάζοντο μα-  
 κραις τισι τῶν τε ἀναγκαίων τῇ ἀπορίᾳ καὶ τῶν ἐν Φλαμινίᾳ  
 ὁδῶ ὀχυρωμάτων ἤκιστα ἐθέλοντες ἄγχιστά πη ἵεναι, ἐπεὶ αὐτῶν  
 οἱ πολέμιοι, ὥσπερ μοι ἐμπροσθεν δεδήλωται, Ναρνίαν τε καὶ  
 Σπολήτιον καὶ Περυσίαν εἶχον.

10 Ῥωμαίων δὲ τὸ στράτευμα, ἐπειδὴ τῇ Πέτρᾳ ἐπέτυχον,  
 ὁδοῦ ποιούμενοι πάρεργον, ἀπεκμηράσαντο τοῦ ταύτῃ φρουρίου.  
 τοῦτο δὲ ὀχύρωμα οὐκ ἄνθρωποι ἐτακτήσαντο, ἀλλὰ τοῦ χωρίου  
 τῆ φύσις ἐξεῦρεν· ὁδὸς γὰρ ἐς ἄγαν κρημνώδης. ταύτης δὲ τῆς  
 ὁδοῦ ἐν δεξιᾷ μὲν ποταμός τις οὐδεὶν ἰσβατὸς δξύτῃτε τοῦ ῥοῦ C  
 15 κάτεισιν, ἐν ἀριστερᾷ δὲ οὐ πολλῶ ἀποθεν πέτρα ἀνέχει ἀπώτο-  
 μός τε καὶ ἔσθους ἐς τόσον δέηκουσα, ὥστε τοῖς κάτω οὖσι φαι-  
 νόμενοι ἄνθρωποι, οἳ ἐν τῇ ἄκρᾳ, ἢ οὕτω τῆσαι, ἐστήκασιν,  
 ὄφρῃσι τοῖς σμικροτάτοις τοῦ μεγέθους πᾶσι εἰκάζονται. προϊόντι  
 δὲ διέξοδος οὐδεμία τὸ παλαιὸν ἦν. λήγουσα γὰρ ἡ πέτρα ἐς ἀ-  
 20 τὸν ποῦ μάλιστα τοῦ ποταμοῦ τὸν ῥοῦν διήκει, διάβαθιν τοῖς  
 ταύτῃ οὖσιν οὐδεμίαν παρεχομένη. διώρυχα τοίνυν ἐνταῦθα οἱ  
 πάλαι ἄνθρωποι ἐργασάμενοι, πηλίδα τῷ χωρίῳ ταύτῃ πεποίη-  
 νται. φράξαντες δὲ καὶ τῆς ἐτέρας εἰσόδου τὸ πλεῖστον, πλὴν γε

3. ἐπήγγελλεν] Vulgo ἐπήγγελλεν.      *ibid.* Φλαμινίας] φλαμινίας  
 HL hic et infra.      9. Σπολήτιον] σπολήτιον HL.      *ibid.* Περυ-  
 σίαν] περυσίαν HL.      15. ἀποθεν] ἀπὸθεν L. corr.      23. τῆς  
 ἐτέρας] τῆς om. L.

bio multis affecturos incommodis, et ad solvendam obsidionem facilius  
 compulsuros. Hac mente Belisarius Idigeri et Martino ea, quae dixi,  
 mandata dederat. Illi via properabant Flaminia, longo Barbaros inter-  
 vallo praegressi. Quippe Gothos suos ipsorum ingens numerus tarda-  
 bat, et longius circumire cogebat cum cibarium penuria, tum consilium  
 refugiendi munita loca viae Flaminiae, cum Narniam, Spoletium ac Pe-  
 rusiam, de quibus actum supra, in potestate hostium esse scirent.

Romanæ vero copiae castellum Petrae, cum in illud incidissent, ten-  
 tarunt obiter. Est haec munitio non hominum opus, sed naturae. Ete-  
 nim via admodum praecipua, a dextra alluitur fluvio ita rapido, ut eum  
 nemo transire queat; a laeva vicinam habent rupem, praeruptam editam-  
 que adeo, ut si qui forte in vertice steterint, iis, qui ab imo suspiciunt,  
 non excedere videantur minutissimarum avium magnitudinem. Progre-  
 dienti nullus olim patebat transitus, quoniam extrema rupes ad ipsum  
 pertingebat fluminis alveum, eo deductis impervia. Quare veteres, ea  
 ibi perfossa, exiguam portam moliti sunt. Tum ab ipsis obstructa parte

δὴ ὅσον πυλῖδα κἀνταῦθα λελεῖφθαι, φρουρίον τε αἰτοφνῆς ἀπειργάσαντο καὶ πέτραν ἀπὸ λόγῳ τῷ εἰκότι ἐκάλεσαν. οἱ οὖν ἀμφὶ Μαρτίνον τε καὶ Ἰλδίγερα πρῶτα μὲν ἐς τῶν πυλῖδων τὴν  
 D ἑτέραν μαχόμενοι τε καὶ πολλὰ βάλλοντες οὐδὲν ἤνυτον, καίπερ ἤκιστα σφᾶς ἀμυνομένων τῶν ταύτῃ βαρβάρων, ἔπειτα δὲ διὰ 5 τοῦ κρημνώδους κατόπισθεν τὴν ἄνοδον βιασάμενοι κατὰ κορυφὴν λίθους ἔβαλλον ἐνθὲνδε τοὺς Γότθους. οἱ δὲ εἰς τὰς οἰκίας δρόμῳ τε καὶ θορόβῳ πολλῷ εἰσελθόντες ἠσύχαζον. καὶ τότε Ῥωμαῖοι, ἐπεὶ τῶν πολεμίων οὐδενὸς ἐπιτυγχάνειν οἴοι τε ἦσαν ταῖς τῶν λίθων βολαῖς, ἐπενόουν τάδε. τμήματα μεγάλα ἐκ 10 τοῦ σκοπέλου ποιούμενοι πολλοὶ θ' ἅμα ὠθοῦντες αὐτὰ ἐπὶ τὰς οἰκίας σταθμώμενοι ἐρρίπτον. τὰ δὲ ὄπη ἦν τῆς οἰκοδομίας κατὰ βραχὺ προσπίπτοντα ψαῖοι, κατέσειε τε ἱκανῶς ἅπαντα καὶ τοὺς βαρβάρους ἐς μέγα τι δέος καθίστη. διὸ δὴ χε-  
 P 414 ράς τε οἱ Γότθοι τοῖς ἔτι ἀμφὶ τὴν πυλῖδα οὖσιν ἄρεγον καὶ ξῆν 15 τῷ φρουρίῳ σφᾶς αὐτοὺς ὁμολογία παρέδωσαν, ἐφ' ᾧ κακῶν ἀπαθεῖς μείνωσι, βασιλέως τε δοῦλοι καὶ Βελισαρίου κατήκοοι ὄντες. καὶ αὐτῶν Ἰλδίγερ τε καὶ Μαρτίνος τοὺς μὲν πλείστους ἀναστήσαντες ἐπὶ τῇ ἴσῃ καὶ ὁμοίᾳ ξῆν αὐτοῖς ἤγον, ὀλίγους δὲ τινὰς ξῆν τοῖς παισὶ τε καὶ γυναιξίν αὐτοῦ εἴασαν. ἔλλποντο δὲ 20 τινα καὶ Ῥωμαίων φρουράν. ἐνθὲνδε τε ἐς Ἀγκῶνα ἐλθόντες καὶ πολλοὺς ἀπαγαγόμενοι τῶν ἐκεῖ πεζῶν ἐς Ἀρμήνον τριταῖοι ἀφίκοντο, τὴν τε Βελισαρίου γνώμην ἀπήγγελλον. Ἰωάννης δὲ οὕτα

## 23. ἀπήγγελλον] ἀπήγγελλον L.

maxima alterius aditus, ac parva solum porta relictā, castellum nativum extitit: quod convenienti vocabulo Petram appellavere. Primum igitur Martinus et Ildiger portam alteram oppugnantes, telorum crebritate nihil profecerunt; quamvis qui illic erant Barbari non resisterent. Deinde per praecipua rupis tergum enisi, cum a culmine lapidibus peterent Gothos, hi cursu trepido ingressi tecta, nihil movebant. Tunc Romanis, neminem iactu lapidum contingi posse videntibus, in mentem venit, immania rupis fragmenta multarum impulsu manuum in subiectas aedes contorta devolvere. Illa, quamcunque aedificii partem tantillum ferirent, omnia gravi motu, Barbaros metu concutiebant. Quocirca Gotthi illis, qui adhuc ad portam stabant, tendentes manus, deditionem fecerunt, et cum castello se permiserunt, accepta incolumitatis fide, modo servirent Imperatori, et Belisario obtemperarent. Plerosque Ildiger ac Martinus secum abduxerunt, illos eodem, quo suos, numero ac loco habentes: paucos cum liberis et uxoribus, Romanoque praesidio reliquere. Inde Anconam progressi, parte magna peditum, qui ibi erant, assumpta, die tertio Ariminum perveniunt ac Belisarii mentem explicant. At sequi ipsos ne-

αὐτὸς ἔπειθαι ἤθελε καὶ Λαμιανὸν ἔξιν τοῖς τετρακοσίοις κατεί- B  
 χεν. οἱ δὲ τοὺς πεζοὺς αὐτοῦ ἀπολιπόντες κατὰ τάχος ἐνθένδε  
 ἔξιν τοῖς Βελισαρίου δορυφόροις τε καὶ ὑπασπισταῖς ἀνεχώρησαν.

ιβ'. Καὶ Οὐίτιγίς οὐκ ἐξ μακρὰν παντὶ τῷ στρατῷ ἐς Ἄρ- C  
 5 μῆνον ἦλθεν, οὗ δὴ ἐνστρατοπεδευσάμενοι ἐπολιόρκουν. αὐ- V 75  
 τικά τε πύργον ξύλινον τοῦ τῆς πόλεως περιβόλου καθυπέριτερον  
 τεκτηνάμενοι τροχοῖς τέτταρσιν ἀνεχόμενον ἐπὶ τὸ τεῖχος ἤγον,  
 ἧ μάλιστα ἐπιμαχώτατον αὐτοῖς ἔδοξεν εἶναι. ὅπως δὲ μὴ πά-  
 θωσιν, ὅπερ αὐτοῖς πρὸ τοῦ τῆς Ῥώμης περιβόλου ξυνηνέχθη  
 10 παθεῖν, οὐ διὰ τῶν βοῶν τὸν πύργον ἤγον, ἀλλ' αὐτοὶ ἔνδον  
 κρυπτόμενοι ἐφείλκον. κλίμαξ δὲ ἦν τις τοῦ πύργου ἐντὸς εὐρεία  
 ἐς ἄγαν, δι' ἧς τὸ τῶν βαρβάρων πλῆθος ἀναβήσεται εὐπετῶς H 228  
 ἔμελλεν, ἄλλοι δὲ ἔχοντες ὡς, ἐπειδὴν τάχιστα τὸν πύργον τῷ πε-  
 15 ριβόλῳ λείψωσιν, ἐνθένδε πόνῳ οὐδενὶ ἐπιβήσονται κατὰ τὰς τοῦ  
 γαστο. ἐπειδὴ τοίνυν τοῦ περιβόλου ἄγχιστά πη ἔξιν τῇ μηχανῇ  
 ταύτῃ ἐγένοντο, αὐτοὶ μὲν ἡσυχῇ ἔμενον, ἐπεὶ καὶ ξυνεσκόταζεν  
 ἤδη, φύλακας δὲ ἀμφὶ τὸν πύργον καταστησάμενοι ἠύλλισαντο  
 ἅπαντες, ἐναντίωμα οὐδ' ὅτισιν ἔσεισθαι σφίσι ἐν νῶ ἔχοντες.  
 20 οὐδὲ γὰρ οὐδέ τι ἄλλο ἐμπόδιον, οὐδὲ τάφρος ἐν μέσῳ ὅτι μὴ  
 βραχεῖα παντάπυσιν ἐτύγγανεν οὐσα. οἱ τε Ῥωμαῖοι ἔξιν δέει  
 πολλῶ ὡς ἡμέρᾳ τῇ ἐπιούσῃ ἀπολούμενοι ἐνυκτέρευσαν. Ἰωάν-  
 νης δὲ οὔτε ἀπογνοῦς πρὸς τὸν κίνδυνον οὔτε τῷ δέει ξυνταρα-

21. οὐσα add. ex L.

Isit Ioannes, et Damianum cum quadringentis retinuit. Illi relicto ibi peditatu, abscedere cum Belisarii Protectoribus hastatis Scutariisque maturaverunt.

12. Haud multo post, Vitigis cum omni exercitu Ariminum attigit, ubi castrametati, obsidium fecerunt. Protinus turrim ligneam, urbis moenibus celsiorem fabricati, subiectis rotis quatuor, ad illam egerunt murorum partem, quae ipsis maxime expugnabilis videbatur. Ac ne infortoniam ferrent ei simile, quod pro moenibus Romae invenerant, turrim non bobus iunctis, sed suis ipsi manibus promoverunt, intus abditu: ubi etiam scala erat latissima, adscensum datura facilem Barbaris, sperantibus fore ut, simul turrim ad murum applicuissent, inde labore nullo se in pinnas immitterent: nam eo turris fastigium spectabat. Cum ea machina ad muros progressis, vesper iam serus quietem suasit: quam ceperunt omnes, posita ad turrim custodia, nullum se passuros impedimentum rati. Nullus enim obex, nec fossa, nisi perexigua, intererat. Romanos tota nocte exterruit venturi postridie exitii cogitatio. At Ioannes, nec periculum defugiens, nec turbatus metu, rationem hanc iniit.

χθεις ἐπενόει τάδε. τοὺς μὲν ἄλλους ἐν τοῖς φυλακτηρίοις ἀπο-  
 λιπών, αὐτὸς δὲ ζῆν τοῖς Ἰσαύροις δικέλλας τε καὶ ἄλλ' ἄττα  
 P 415 τοιαῦτα ὄργανα φέρουσιν, ἄωρι τῶν νυκτῶν, οὐδενὶ τῶν πάν-  
 των προειρημένον, ἔξω τοῦ περιβόλου γενόμενος ἐκέλευε σιωπῇ  
 τὴν τάφρον ὀρύσσειν. οἱ δὲ κατὰ ταῦτα ἐποιοῦν. καὶ τὸν χοῦν, 5  
 ὄνπερ ἐνθάδε ἀνηροῦντο, ἐπὶ θάτερα τῆς τάφρον ἐς τὰ πρὸς τῶ  
 τείχει ἐς αἰεὶ ἐτίθεισαν, ὅς δὴ αὐτοῖς ἐνταῦθα ἀντὶ τοίχου ἐγέ-  
 νετο. λαθόντες δὲ ἐπὶ πλείστον τοὺς πολεμίους καθεύδοντας βα-  
 θεϊάν τε καὶ εὐρους ἱκανῶς ἔχουσαν τάφρον δι' ὀλίγου πεποίη-  
 νται, οὗ δὴ μάλιστα ἐπιμαχώτατός τε ὁ περιβόλος ἦν καὶ προσ- 10  
 βάλλειν ζῆν τῇ μηχανῇ οἱ βάρβαροι ἔμελλον. οἱ δὲ πολέμιοι  
 B πόρρω πη τῶν νυκτῶν ἀισθόμενοι τοῦ ποιουμένου ἐπὶ τοὺς ὀρύσ-  
 στοντας ἐβοήθουν δρόμῳ, καὶ Ἰωάννης ζῆν τοῖς Ἰσαύροις, ἐπεὶ  
 οἱ τὰ ἀμφὶ τῇ τάφρῳ ὡς ἄριστα εἶχεν, ἐντὸς τοῦ περιβόλου ἐγέ-  
 νετο. Οὐίτιγίς δὲ ἅμα ἡμέρᾳ τὰ τε πεπραγμένα κατανοήσας καὶ 15  
 ὑπεραληθῆσας τοῖς ξυμπесоῦσι διεχρήσατο μὲν τῶν φυλάκων τι-  
 νὰς, οὐδὲν δὲ ἤσπον ἐπάγειν τὴν μηχανὴν ἐν σπουδῇ ἔχων ἐκέ-  
 λυε φακῶν πληθὸς τῶς Γότιθους ἐν τῇ τάφρῳ κατὰ τάχος ῥι-  
 πτῆν, ὅσῳ τε τὸν πύργον ἐνταῦθα ἐφέλκοντας ἄγειν. καὶ οἱ  
 μὲν ταῦτα, ἥπερ Οὐίτιγίς ἐπέστελλεν, ἐπρασσον προθυμίᾳ τῇ 20  
 πάσῃ, καίπερ τῶν ἐναντίων καρτερώτατα ἐκ τοῦ τείχους ἀμυνο-  
 C μένων. οἱ δὲ φάκελοι, ἀμπεσόντος σφίσι τοῦ πύργου, βαρυνό-  
 μενοι, ὡς τὸ εἰκὸς, ὑπεχώρουν κάτω. διὸ δὴ οἱ βάρβαροι  
 πρόσω ἵεναι ζῆν τῇ μηχανῇ σὺδαμῇ εἶχον, ἐπεὶ ἅπαντες σφίσι

20. ἐπέστελλεν L corr. ἔστελλεν P.

Caeteris munimenta tenere iussis, ipse cum Isauris, ligones aliaque eius-  
 modi instrumenta ferentibus, consilii nemine conscio, nocte intempesta  
 urbe egressus, imperat ut fossam depriment sine strepitu. Parent illi, et  
 quidem ita, ut quidquid terrae egeritur, ad fossae latus muro proximum  
 aggerant: id vero parietis vicem habuit. Dum hostem bene latent so-  
 pore pressum, fossam iustae altitudinis ac latitudinis brevi tempore fa-  
 ciunt, maxime ubi murus expugnari facillime poterat, et Barbari cum  
 machina impressionem daturi erant. Provecta longius nocte, hostes, re  
 cognita, in fossares cepere impetum: Ioannes cum Isauris in urbem se  
 recepit, cum fossae optime providisset. Ubi illuxit, considerans acta Vi-  
 tigitis, atque hinc dolore incensus, quosdam e custodibus morte affecit,  
 neque ab admovenda machina remittens animum, edixit Gotthis, ut sine  
 mora quamplurimis in fossam iactis lignorum fascibus, turrin illac tra-  
 hendo agerent. Haec illi, uti Vitigitis iubebat, omni exequuntur studio,  
 quamvis hostibus e muro validissime repugnantibus. At fascium strues,  
 turris incumbentis pondere degravata, ut fieri necesse erat, subedit.  
 Tum Barbari acclivitate, quae multam creverat, ubi terram, ut dictum

πολλῶ ἔτι μᾶλλον ἐγένετο, οὗ δὴ ξυνηήσαντες τὸν χοῦν ἔτυχον, ὡσπερ ἐρρήθη, Ῥωμαῖοι. δεύσαντες οὖν μὴ τυκτὸς ἐπιγενομένης ἐπεξελθόντες οἱ πολέμοι τὴν μηχανὴν καύσωσιν, ὀπίσω αὐτὴν αὐθις ἐφείλκον. ὅπερ Ἰωάννης κωλύειν δυνάμει τῇ πάσῃ ἐν 5 σκοποδῇ ἔχων τοὺς τε στρατιώτας ἐξώπλισε καὶ ζυχαλέσας ἄπαντας τοιαῦτα παρεκελεύσατο „Ἄνδρες, οἷς τοῦδα τοῦ κινδύνου ξὺν ἡμῖν μέτεστιν, εἴ τῳ ὑμῶν πρὸς ἠδονὴν ἔστι βιωναί τε καὶ τοὺς οἴκοι ἀπολελειμμένους ἰδεῖν, μὴ ἐπ' ἄλλῳ τιῳ κεκτημένος τὴν τούτων ἐλπίδα ἢ ἐν ταῖς χερσὶ ταῖς αὐτοῦ γνῶτω. ἤντικα μὲν D 10 γὰρ Βελισάριος τὸ ἐξ ἀρχῆς ἔστειλε, πολλῶν ἡμᾶς ἐλπίς τε καὶ ἔρωσ ἐς τὴν τοῦ ἔργου προθυμίαν ἐνήγον. οὔτε γὰρ ἐν γῆ τῇ παραλία πελορηκθῆσεσθαι ὑπωπτεύομεν, οὔτω δὲ θαλασσοκρατούντων Ῥωμαίων, οὔτε τοσοῦτον ἡμῶν περιόψεσθαι τὸν βασιλέως στρατὸν ὑπετόκησεν ἂν τις. χωρὶς δὲ τούτων τότε μὲν V 76 15 ἡμᾶς εἰς εὐτολμίαν ὥρμα ἐπίδειξις τε τῆς ἐς τὴν πολιτείαν εὐτολίας καὶ τὸ ἐκ τῶν ἀγώνων ἐσόμενον κλέος ἐς πάντας ἀνθρώπους. νῦν δὲ οὔτε περιεῖναι ἡμᾶς, ὅτι μὴ διὰ τῆς εὐψυχίας, οἷόν τέ ἐστιν, ἐπάναγκές τε οὐκ ἄλλου του ἢ τοῦ βιώσεσθαι ἡμᾶς αὐτοὺς ἕνεκα τοῦτον ὑποστῆναι τὸν κίνδυνον. ὥστε εἰ μὲν τισιν 20 ὑμῶν ἀρετῆς τι μεταποιεῖσθαι ζυμβαίνει, πάρεστιν αὐτοῖς ἀνδραγαθίζεσθαι, εἴπερ τισὶ καὶ ἄλλοις, ἐνδόξως γενέσθαι. κτῶνται γὰρ εὐκλείαν οὐχ οἱ τῶν καταδειστέρων κρατήσαντες, ἀλλ' οἱ ἂν τῇ παρασκευῇ ἐλασσούμενοι τῷ τῆς ψυχῆς μεγέθει νι- P 416

## 1. ξυνηήσαντες. Hoeschelius. ξυνηήσαντες P.

est, Romani aggresserant, prohibiti cum machina progredi, veritique ne hostis postera nocte, eruptione facta, turrin igni corrumpere, retro illam traxerunt. Quod viribus omnibus impedire volens Ioannes, armat milites, et advocata conclone, ita hortatur. O mei in hoc discrimine socii, si cui vestrum est dulce vivere, et, quos reliquit domi, revisere aliquando, apprime teneat in alia re nulla, praeterquam in suis manibus, utriusque doni illius spem sitam esse. Principio quidem, cum nos Belisarius misit, multa erant, quorum et amore et spe ad rem suscipiendam alacriter inducebamur. Nam nec rebamur obsessum iri nos in ora maritima, Romanis mari tam facile dominantibus: nec sibi quisquam persuasisset, nos Imperatoris copiis tam futuros neglectui. Praeterea nobis tunc ad audendum subdebat stimulos commendatio praeclaras in Remp. voluntatis, atque ex praeliis profectura apud omnes femae celebritas. Iam vero ne superstitibus quidem, nisi fortitudinis beneficio, esse possumus, ac vitae unius causa huic nos Martis discrimini committamus necesse est. Nec tamen gloriam quam quibus alii minorem referent, quicunque inter vos animo valent, si modo illum egregiis facinoribus prodant. Et enim sibi decus ac nomen parant, non debiliorum victores, sed qui animi magnitudine victoriam ex iis reportant, quibus belli instructu cedunt. Qui-  
Procopius II.

κῶεν. οἷς δὲ τὸ φιλόψυχον ἐμπέφυκε μᾶλλον, τούτοις δὲ τὸ ἐτόλμοις μάλιστα εἶναι ξυνοίσει, ἐπεὶ ἅπαντες ἐκ τοῦ ἐπὶ πλείστον, οἷς τὰ πράγματα ἐπὶ ξοροῦ ἀκμῆς, ὥσπερ ἡμῖν τανῦν, ἴστανται, μόνῳ ἂν τῷ τῶν κινδύνων ὑπερφρονεῖν διασώζονται.“ τοσαῦτα μὲν Ἰωάννης εἰπὼν ἐξῆγεν ἐπὶ τοὺς πολεμίους τὸ στρατεύμα, ὀλίγους τινὰς ἐς τὰς ἐπάλξεις ἀπολιπών. ἀνδρείως δὲ αὐτοὺς ὑφισταμένων τῶν πολεμίων γέγονε καρτερὰ ἐς ἄγαν ἢ μάχη.

H 229 καὶ τὸν μὲν πύργον μόλις τε καὶ ὄψε τῆς ἡμέρας ἐς τὸ σφέτερον οἱ βάρβαροι στρατόπεδον ἐνεγκεῖν ἴσχυσαν. τοσοῦτους μέντοι τὸ πληθὺς ἀπέβαλλον τῶν ἐν σφίσι μαχίμων, ὥστε οὐκέτι τετρακομίσαντες ἔχοντες, ἀλλ' ἀπογνόντες ἡσυχῇ ἕμενον, λιμῶν πιεζομένους προσχωρήσειν αὐτοῖς τοὺς πολεμίους καταθοκοῦντες. λίαν γὰρ αὐτοὺς ἅπαντὰ ἦδη τὰ ἐπιτήδεια ἐπελελοίπει, ἐπεὶ οὐχ εὖρον ὄθεν αὐτὰ διαρκῶς ἐσκομίσονται.

Ταῦτα μὲν οὖν ἐγένετο τῆδε. Βελισάριος δὲ τοῖς ἐκ Με-<sup>15</sup>διολάνου ἤκουσι χιλίους ἐπεμψεν Ἰσαύρους τε καὶ Θρακῆας. ἤγειτο δὲ τῶν Ἰσαύρων Ἐννης, τῶν δὲ Θρακῶν Παῦλος, Μουσιλλας τε ἅπασιν ἐφειστήκει, καὶ αὐτὸς ἤρχεν ὀλίγους τινὰς τῶν Βελισαρίου ὑπασιπιστῶν ἔχων. ξυνηὴν δὲ αὐτοῖς καὶ Φιδέλιος, ὃς ἐγεγόνει τῆς αὐτῆς ἐπαρχος. ἐκ Μεδιολάνου γὰρ ὀρμώμενος<sup>20</sup> C ἐπιτηδείως τούτῳ ἔδοξε τῷ στρατῷ ἐπεσθαι, αἵτε δύναμιν τινα ἐν Λιγούροις ἔχων. πλεύσαντες οὖν ἐκ τοῦ Ῥωμαίων λιμένος

1. δὲ] δὴ Pm. 14. ἐσκομίσονται] ἐσκομίσονται L corr.  
15. Μεδιολάνον] μεδιολάνων L. 21. ἐπιτηδείως] ἐπιτήδεις HL.

bus vero vitæ amor altius insidet, his certe generositas maxime præderit. Quorum enim res, ut nostræ modo, in summo periculo, et, quemadmodum dici solet, in acie novaculae vitæ sunt, illis plerumque una salus discrimina animosæ contemere. Hæc locutus Ioannes, in hostes edocuit copias, paucis ad murorum pinnas relictis. Pugnatur acerrime, eorum impetum viriliter sustinentibus Barbaris: qui vix tandem vespert in sua castra turrim revexerunt, egregiis pugnatoribus tot amissis, ut moenia nunquam amplius oppugnare decreverint, at sese continuerint metu, cum avida coniecto spe, fore ut hostem famas ad deditionem compelleret, iam summa laborantem commeatus inopia, propterea quod reperiri non potuisset unde quantum satis esset inveheretur.

Ex loci res ibi erant: dum Belisarius viros mille, partim Isauros, partim Thraces, cum Legatis, qui Mediolano venerant, mittit. Isaurorum dux erat Ennes, Thracum Paulus: imperabat omnibus Mundilas, secum paucos Belisarii Scutarios daceus. Adlunxerat se illis Fidelius, Præfectus praetorio. Cum enim esset Mediolano oriendus, et apud Ligures auctoritate valeret, huic exercitui comes idoneus videbatur. Ex porta



Γενούα προσέσχον, ἢ Τουσκίας μὲν ἔστιν ἐσχάτη, παράπλου δὲ καλῶς Γάλλων τε καὶ Ἰσπανῶν κέσται. ἔνθα δὴ τὰς τε ναῦς ἀπολιπόντες καὶ ὁδῶ πορευόμενοι πρόσω ἐχώρουν, τοὺς λέμβους τῶν νηῶν ἐν ταῖς ἀμάξαις ἐνθάμενοι, ὅπως ἂν Πάδον τὸν ποταμὸν διαβαίνουσι μηδὲν σφίσι ἐμπόδιον εἴη. οὕτω γοῦν τοῦ ποταμοῦ τὴν διάβασιν ἐποιήσαντο. ἐπεὶ δὲ τὸν Πάδον διαβάντες ἐς Τικηνὸν πόλιν ἀφίκοιτο, οἱ Γότθοι αὐτοῖς ἀπαντήσαντες ἐς χεῖρας ἤλθον. ἦσαν δὲ πολλοὶ τε καὶ ἄριστοι, ἐπεὶ τῶν χρημάτων τὰ τιμιώτατα βάρβαροι ἄπαντες, οἱ ταύτη ᾤκητο, ἐν

10 Τικηνῷ καταθέμενοι, ἅτε ἐν χωρίῳ δυχρῶμα ἰσχυρὸν ἔχοντι, φρουρὰν ἐνταῦθα λόγου ἀξίαν ἐλίποτο. μάχης οὖν καρτερᾶς γενομένης ἐνίκων Ῥωμαῖοι, καὶ τοὺς ἐναντίους τρεψάμενοι διέφθειράν τε σκηνούς καὶ τὴν πόλιν ἐν τῇ διώξει ἐλείν παρ' ἄλλῃον ἤλθον. μόλις γὰρ ἐπιθεῖναι τὰς πύλας οἱ βάρβαροι ἴσχυσαν,

15 ἐγκαιμένων σφίσι τῶν πολεμίων. Ῥωμαίων δὲ ὀπίσω ἀπελαυνόντων Οὐδέλιος εὐξόμενος ἕς τινα τῶν ἐκεῖνη νεῶν ὑστατος ἔμεινε. τόχῃ δὲ νινὶ ὀκλάσαντός εἰ τοῦ ἵππου ἔπεσε. καὶ αὐτὸν κατιδόντες οἱ Γότθοι, ἐπεὶ τοῦ περιβόλου ἄγχιστα ἐπεπτώκει, ἐπέξ-

20 ἔθεντες κατεῖραν τε καὶ ἔλαθον γε τοὺς πολεμίους. οὗ δὲ ὕστερον Μουνθίλιας τε καὶ Ῥωμαῖοι αἰσθόμενοι ἠσχαλλῶν. ἔνθεν τε

1. Γενούα P cum Vat. Ιαννούα HL. ibid. παράπλου P cum Vat. περί που HL. 2. καλῶς Maltretus. καλῶν Vat. τὰς ἀρχὰς τῆς HL. 4. Πάδον ] πάνδον HL; illud Hm. 7. „Τικηνόν] Ita legit vetus interpres, ita Leonardus Aretinus excepit.“ ΜΑΛΤ. πικηνῶν HL. Et similiter infra quoque. 11. ἐλίποτο] Vulgo ἐλείποντο. 15. ἀπελαυνόντων] ἀπικλανόντων L. 16. νεῶν P. νεῶν HL. ναῶν Reg.

Romano profecti navibus, Genuam appulerunt; quae urbs, extrema Tusciae, in Galliam atque Hispaniam navigantibus sita favet peropportuno. Relictis ibi navibus, terra viam procedunt, cum earum lembis in plaustra impositis, ne quid traiectum Padi amnis moretur; atque in flumen transmittunt. Pado transito, ad urbem Ticinum progressis, facti obviam Gotthi certamen inferunt, et numero pollentes et animis. Cum enim Barbari omnes, quicunque regionem illam colebant, opes pretiosissimas Ticini deposuissent, quod locus esset munitissimus, praesidium ibi firmum reliquerant. Commissa acri pugna, superiores Romani dantem terga hostem magna clade afficiunt, atque urbem tantum non capiunt, instando Barbaris: qui sane ab hoste pressi vix portas claudendi spatium haberunt. Romanis retro comitantibus, illic Fidelius quodam in templo precandi causa postremus substitit. Cum deinde equus excussit, duplicato forte poplite succidens. Quo viso Gotthi, quoniam proxime muros prolapsus fuerat, egressi, ipsum interfecerunt, Romanis minime advertentibus. Casum hunc postea cognitum Mundilas et Romani graviter

- ἐς Μεδιόλανον πόλιν ἀφίκοντο καὶ αὐτὴν ἀμαχητὶ ἔδωκεν Αἰγούριαι τῇ ἄλλῃ ἔσχον. ἄπερ ἐπειδὴ Οὐτίγεις ἔμαθε, στράτευμά τε πολὺ κατὰ τάχος καὶ Οὐραϊαν ἄρχοντα, τὸν αὐτοῦ ἀδελφιδοῦν, ἔπεμψε. καὶ Θεοδίδερος δὲ οἱ, ὁ Φράγγων ἀρχηγὸς, ἄνδρας κυρίους δεηθέντι ἐς ζυμμαχίαν ἀπέστειλεν, οὐ Φράγγων αὐτῶν, ἀλλὰ 5 Βουργουνζιῶνων; τοῦ μὴ δοκεῖν ἀδικεῖν τὰ βασιλέως πράγματα. οἱ γὰρ Βουργουνζιῶνες ἐθελούσιοι τε καὶ αὐτονομῶ γνῶμη, οὐ Β Θεοδιδέρτῳ κελύοντι ἐπακούοντες δῆθεν τῷ λόγῳ ἐπέλλοντο.
- V 77 οἷς δὴ οἱ Γότθαι ἀναμιχθέντες ἐς τε Μεδιόλανον Ῥωμαίων ἤκιστα προσδεχομένων ἀφίκοντο καὶ ἐνστρατοπεδευσάμενοι ἐπολιόρ- 10 κουν. ταύτῃ γοῦν οὐδὲ τι ἰσχυρίσασθαι τῶν ἐπιτηδείων Ῥωμαῖοι ἔσχον, ἀλλ' ἐνθὺς ἤχθοντο τῶν ἀναγκαίων τῇ ἀπορίᾳ. οὐ μὴν οὐδὲ τοῦ περιβόλου τὴν φυλακὴν οἱ στρατιῶται εἶχον, ἐπεὶ ὁ Μουνδύλας πόλεις τε καταλαβὼν ἔτυχεν, ὅσαι Μεδιολάνου 15 ἀγχιστα οὐσαι ὀχυρώματα εἶχον, Βέργομόν τε καὶ Κᾶμον καὶ 15 Νοβάρην καὶ ἄλλ' ἄλλα πολιῖματα, καὶ φρουρὰς πανταχόθι λό- C γου ἀξίως καταστησάμενος, αὐτὸς δὲ τριακοσίους μάλιστα ἔχων ἐν Μεδιολάνῳ ἔμεινε, καὶ ζῶν αὐτῷ Ἐννης τε καὶ Παῦλος. ὥστε ἀνάγκη οἱ τῆς πόλεως οἰκήταρες ἐκ περιτροπῆς αἰεὶ τὴν φυλακὴν εἶχον. τὰ μὲν οὖν ἐν Αἰγούροις ἐφέρετο τῆδε καὶ ὁ χειμῶν ἔληγε, 20 καὶ τρίτον ἔτος ἐτελεύτα τῷ πολέμῳ τῷδε, ὃν Προκόπιος ξυνήγραψε.
- D ιγ'. Βελισάριος δὲ ἀμφὶ Θερινὰς τροπὰς ἐπὶ τε Οὐτίγιν καὶ τὸ Γότθων στρατόπεδον ἦεν, ὀλίγους μὲν τινὰς φρουρὰς ἐνε-

6. Βουργουνζιῶνων] βουργουνζιῶνων L. 7. Βουργουνζιῶνες] Vulgo Βουργουνζιῶνες. 15. Βέργομον Pm. Πέργομον P.

ferentes, inde Mediolanum perveniunt, et citra pugnam cum reliqua Liguria obtinent. De his certior factus Vitigis, magnum exercitum confestim mittit, Uraia duce, sororis suae filio. A Theodeberto Francorum Rege decem millia auxiliariorum impetraverat, Burgundionum utique nom Francorum; ne videretur Augusti rebus iniuriam facere Theodebertus. Neque enim huius mandato, sed sponte et voluntate sua se profectos simulabant Burgundiones: quibuscum sociatis viribus Gotthi, praeter Romanorum opinionem, Mediolanum adveniunt, castrisque positis obsident. Itaque nullum nacti spatium Romani providendae annonae, statim eius penuria laborarunt. Nec muros custodiebat: quoniam Mundilas urbes Mediolano vicinas, quae operibus munitae erant, Bergomum, Comum, Novariam, et alia quaedam oppida occupaverat, ac firmis ubique constitutis praesidiis, ipse retentis ad summum trecentis Mediolani restiterat; et cum eo Eanes ac Paulus: ita ut civibus necesse esset assiduum per vias custodiam agitare. Hic erat rerum status in Liguria. Cum hieme annus exiit tertius belli huius, quod Procopius literis mandavit.

13. Circiter aestivum Solstitium Belisarius adversus Vitigim Gothorumque exercitum profectus est, omnes secum ducens, praeterquam

κα ἐν Ῥώμῃ ἀπολιπὼν, τοὺς δὲ ἄλλους ἕξιν αὐτῷ ἅπαντας ἐπα-  
 γόμενος. πέμψας τέ τινας ἐς Τουδέραν τε καὶ Κλουσίον χαρα-  
 κώματα ἐπήγγειλε ποιῆσθαι, οἷς δὴ ἔψευθαί τε ἔμελλε καὶ ξυμ-  
 πολιορκήσειν τοὺς τῆδε βαρβάρους. οἱ δὲ, ἐπεὶ προσιόντα τὸν  
 5 στρατὸν ἔμαθον, οὐκ ὑποστάτας τὸν κίνδυνον πρέσβεις τε παρὰ  
 Βελισάριον ἐπέμψαν καὶ παραδώσειν ὁμολογῶν σφῶς τε αὐτοῦς  
 καὶ πόλιν ἑκατέραν ὑπέσχεοντο, ἅρ' ὃ κακῶν ἀπαθεῖς μείνωσι.  
 παραγενομένη τε οἱ ἐπιτελῆ τὴν ὑπόσχεσιν ἐποίησαντο. ὁ δὲ  
 Γότθους μὲν ἅπαντας ἐνθύνει ἀναστήσας ἐπὶ Σικελίας τε καὶ H 390  
 10 Νεαπόλεως ἐπέμψεν, ἐν δὲ Κλουσίῳ καὶ Τουδέρα φρουρὰν κα- P 418  
 ταστησάμενος πρόσω ἦγε τὸ στράτευμα. ἐν τούτῳ δὲ Οὐτίγεις  
 στρατιῶν ἄλλην καὶ ἄρχοντα Οὐάκιμον ἐς Αὐξίμον πέμψας τοῖς  
 ἐκείνῃ Γότθοις ἐκέλευεν ἀναμύγνυσθαι, καὶ ἕξιν αὐτοῖς ἐπὶ τοὺς  
 ἐν Ἀγκῶνι πολέμιους λόντας ἀποπειράσασθαι τοῦ ταύτη φρου-  
 15 ρίου. ὁ δὲ Ἀγκῶν οὗτος πέτρα τίς ἐστιν ἐγγώνιος, ἅρ' οὐ καὶ  
 τὴν προσσηγορίαν εἴληφε ταύτην· ἀγκῶνι γὰρ ἐπὶ πλεῖστον ἐμφε-  
 ρῆς ἔστιν. ἀπέχει δὲ σταδίους ὀγδοήκοντα πόλεως μάλιστα Αὐ-  
 ξίμου, ἧς δὴ ἐστιν ἐπίνομον. καὶ τὸ μὲν τοῦ φρουρίου ὀχύρωμα  
 ἐπὶ Πέτρης τῆς ἐγγωνίου ἐν ἀσφαλεῖ κεῖται, τὰ δὲ ἐκτὸς ἅπαντα  
 20 οἰκαδομήματα, καίπερ ὄντα πολλὰ, ἐκ παλαιοῦ ἀτείχιστα ἦν. B  
 Κάνων δὲ, ὃς τῆ τοῦ χωρίου φυλακῆ ἐφειστήκει, ἐπειδὴ τάχι-  
 στα τοὺς ἀμφὶ τὸν Οὐάκιμον ἤκουσεν ἐπιέναι τε καὶ ἤδη πον οὐκ  
 ἄποθεν εἶναι, ἐπίδωξεν πεποιήται ἀλογίστου γνώμης. περὶ φαῦ-

## 2. Τουδέραν ] γουδέραν HL.

paucos, quibus Romae custodiam credidit. Missis Tudertum et Clusium cohortibus aliquot, quas secuturus, et una Barbaros illis positos obsessurus erat, iniunxit ut castra facerent. At illi, exercitus accessu cognito, ante tabam atque certamen caduceatores destinarunt ad Belisarium, reeperuntque, modo vitae caveretur, se urbem utramque secum dedituros. Simul affuit, effecerunt promissum. Tum ipse Gotthos inde omnes in Siciliam ac Neapolim migrare iussit, et Clusii Tudertique locato praesidio, porro copias duxit. Interea Vitigis alteri misso Auximum exercitui, dace Vacimo, imperavit, ut Gotthis, qui ibi essent, adiungerent sese, et cum his adversus hostes, qui Anconam habebant, profecti, eius loci castellum adorirentur. Est autem Ancona haec angulata rupes, et inflexo cubito quam simillima: unde nomen accepit. Stadiis summum LXXX. distat ab urbe Auximo, cuius navale est. Ac munimentum quidem castelli, in saxo stans, firmitatem habet ac tutum est: circumiecta vero foris aedificia, quamvis plurima sint, iam inde olim caruerant murorum septo. Cum primum venire Vacimum, nec iam procul abesse audire praesidii Praefectos Conon, magnum inconsiderantiae specimen dedit. Parum enim

λον γὰρ ἡγησάμενος τὸ τε φρούριον καὶ τοὺς τοῦ φρουρίου οἰκή-  
 τορας ἔξιν τοῖς στρατιώταις κακῶν ἀπαθεῖς διασώσασθαι, τὸ μὲν  
 δυχῶμα εἶασε παντάπασι στρατιωτῶν ἔρημον, ἅπαντας δὲ ἀπα-  
 γαγῶν ὅσον ἀπὸ σταδίων πέντε ἐς παράταξιν διεκόσμησεν, ὅθ  
 βαθεῖάν τινα τὴν φάλαγγα ποιησάμενος, ἀλλ' ὥστε τὴν ὑπώ-5  
 ρειαν ὅλην ὥσπερ ἐς κυνηγέσιον περιβαλέσθαι. ὅππερ ἐπειδὴ τοὺς  
 C πολεμίους πληθεῖ πολλῶ ὑπεραίροντας εἶδον, στρέφοντες τὰ  
 νῶτα ἐπὶ τὸ φρούριον εὐθὺς ἔφυγον. ἐπιδιώξαντες δὲ οἱ βάρ-  
 βαροι πλείστους μὲν αὐτῶν, ὅσοι οὐκ ἔφθασαν ἐντὸς τοῦ περιβό-  
 λου γενέσθαι, αὐτοῦ ἔκτειναν, κλίμακας δὲ τῷ τείχει ἔρεισαν- 10  
 τες, τῆς ἀνόδου ἀπεπειράσαντο. τινὲς δὲ τὰς ἐκτὸς τοῦ φρου-  
 ρίου οἰκίας ἔκαιον. Ῥωμαῖοι δὲ, οἳ καὶ πρότερον τὸ φρούριον  
 ᾤκουν, τοῖς παροῦσιν ἐκπεληγμένοι, προανακλίναντες τὴν πυ-  
 λίδα, κόσμῳ οὐδενὶ φεύγοντας τοὺς στρατιώτας ἐδέχοντο. ἐπεὶ  
 δὲ τοὺς βαρβάρους ἄγχιστα ἔχειμένους τοῖς φεύγουσιν εἶδον, 15  
 D ὅπως μὴ ξυνησιβάλλωσι δεισαντες, τὰς μὲν πυλίδας κατὰ τάχος  
 V 78 ἐπέθεντο, ἐκ δὲ τῶν ἐπάλξεων βρόχους καθέντες, ἄλλους τέ τι-  
 νας καὶ Κώνωνα αὐτὸν ἀνεγκόντες διεσώσαντο. ταῖς μέντοι  
 κλίμαξιν ἀνιόντες οἱ βάρβαροι παρ' ὀλίγον ἦλθον τὸ φρούριον  
 κατὰ κράτος εἰεῖν, εἰ μὴ ἄνδρες δύο, ἔργα θανατάσια ἐνδω- 20  
 κνύμενοι, ἤδη αὐτοὺς ἐπὶ ταῖς ἐπάλξεσι γενομένους ἀρετῇ ὤσαν-  
 το, ὧν ὁ μὲν Βελισαρίου δορυφόρος ἦν ἐκ Θράκης, Οὐλμιοῦν  
 τοῦνομα, ὁ δὲ Βαλεριανοῦ, Βουλγουδοῦ, Μασσαγέτης γένος.  
 τούτω γὰρ τῷ ἄνδρῳ τύχῃ μὲν τινα καταπεπλευκότε ὀλίγῳ πρότε-

21. ἐπὶ om. HL. λείπει ἴσως ἐπὶ Hm.

facturum se ratus, si castellum eiusque incolae cum militibus serva-  
 ret incolumes, munitionem reliquit militibus plane vacuum: et cum  
 omnes abduxisset stadiis quinque, instruxit aciem, non alta fronte,  
 sed ita, ut totum montis pedem, quasi indagine venaretur, ambi-  
 ret. Illi, viso hostium multo maiori numero, statim terga vertere, se-  
 que ad castellum fuga recipere. Instare Barbari: nondum munimen-  
 tum ingressos mactare passim: alii scalis ad murum applicitis ascensum  
 tentare: quidam domos, quae extra castellum erant, incendere. Romani,  
 veteres castelli incolae, oblata rerum imagine attoniti, patefacta iam ante  
 portula milites in fugam consternatos accipiebant. Verum ubi Barbaros  
 in terga fugientium haerentes viderunt, veriti ne una irrumperent, oc-  
 cluserunt confestim fores, demissisque e pinnis funibus, cum nonnullis  
 alios, tum Cononem ipsum sustollentes, servarunt. Nihil propius factam  
 est, quam ut subeuntes per scalas Barbari castello vi potirentur: cepi-  
 sentque, nisi cum iam pinnas tenerent, a viris repulsi duobus essent, qui  
 mira tunc perpetrarunt. Horum alter fuit Ulimun, natione Thrax; alter  
 Bulgadu Massageta: ille Belisarii stipator, hic Valeriani. Ambo casu  
 quodam Anconam paulo ante navigio delati fuerant: in hoc autem certa-

ρον ἐς τὸν Ἀγκῶνα ἐτυχέτην. ἐν δὲ τῷ πόνῳ τούτῳ τοὺς ἀνιόν-  
 τας τοῖς ξίφεσιν ἀμυνόμενοι τὸ μὲν φρούριον παρὰ δόξαν ἔσω-  
 σαν, αὐτοὶ δὲ ἡμίθνητες καὶ τὸ σῶμα κρουρογνηθέντες ὄλον ἐν-  
 θένδε ἀπεκομισθησαν. τότε Βελισαρίῳ Ναρσῆς ζὼν πολλῇ στρα-  
 5 τιᾷ ἐκ Βυζαντίου ἦκων καὶ ἐν Πικηνοῖς εἶναι ἠγγέλλετο. ὁ δὲ P 419  
 Ναρσῆς οὗτος εὐνοῦχος μὲν ἦν καὶ τῶν βασιλικῶν χρημάτων τα-  
 μίας, ἄλλως δὲ ὀξὺς καὶ μᾶλλον ἢ κατ' εὐνοῦχον δραστήριος.  
 στρατιῶται δὲ αὐτῷ πεντακισχίλιοι εἶποντο, ὧν ἄλλοι τε κατὰ  
 10 Ναρσῆς ἕτερος, ἐξ Ἀρμενίων τῶν Πέρσαις κατηκόνων αὐτόμο-  
 λος ἐς τὰ Ῥωμαίων ἦθη πρότερον ζὼν Ἀρατίῳ τῷ ἀδελφῷ ἦκων,  
 ὃς ὀλίγῳ ἔμπροσθεν ζὼν ἑτέρῳ στρατῷ παρὰ Βελισαρίῳ ἐλθὼν  
 ἔειπεν. ἔπειστο δὲ οἱ καὶ τοῦ Ἑρούλων ἔθρους δισχίλιοι μάλι-  
 στα, ὧν Οὐλιανδὸς τε καὶ Ἀλουήθ καὶ Φανόθειος ἦρχον.  
 15 ἰδ'. Οἵτινες δὲ ἀνθρώπων εἰσὶν Ἑρούλοι καὶ ὄθεν Ῥω- B  
 μαίοις ἐς ζυμμαχίαν κατέστησαν ἐρῶν ἔρχομαι. ὑπὲρ Ἴστρον  
 ποταμὸν ἐκ παλαιοῦ ὤκουν πολὺν τινα νομίζοντες θεῶν ὄμιλον,  
 οὓς δὴ καὶ ἀνθρώπων θυσίαις ἰλάσκεσθαι ὄσιον αὐτοῖς ἐδόκει εἶ-  
 ναι. νόμοις δὲ πολλοῖς οὐ κατὰ ταῦτά τοῖς ἄλλοις ἀνθρώποις  
 20 ἐχρῶντο. οὗτε γὰρ γηράσκουσιν οὗτε νοσοῦσιν αὐτοῖς βιοτεύειν  
 ἐξῆν, ἀλλ' ἐπειδὴν τις αὐτῶν ἢ γῆρα ἢ νόσῳ ἀλώη, ἐπάναγκές  
 οἱ ἐγένετο τοὺς ξυγγενεῖς αἰτεῖσθαι ὅτι τάχιστα ἐξ ἀνθρώπων αὐ-  
 τὸν ἀφανίξιν. οἱ δὲ ξίλα πολλὰ ἐς μέγα τι ἕψος ζυνησαντες, C

9. ζυμμορίας] ζυμμαχίας Reg.  
 λων L.

13. τοῦ Ἑρούλων] τῶν ἐρού-  
 λων L.

mine, castellum quidem praeter opinionem servarunt, propulsando gladis  
 Barbaros, qui ascendebant; at inde semianimes, conciso penitus corpore,  
 redierunt. Tunc temporis nuntiatum est Belisario Narsetem venisse By-  
 zantio cum multis copiis, et apud Picientes esse. Erat hic Narses Eu-  
 nuchus Imperatoriae, animo vir acerrimo, et supra apadonis naturam  
 strenuo. Eum sequebantur militum quina millia, in catervas contributa  
 sub aliis Ducibus, in primis Iustino Magistro militum per Illyricum, et  
 altero Narsete Persarmeno, olim transfuga ad Romanos cum Aratio fra-  
 tre, qui non ita pridem cum aliis copiis ad Belisarium venerat. Eidem  
 se adiunxerant Eruli, ad duo summum millia: quibus Visandus, Alueth,  
 ac Phanotheus praecerant.

14. Iam vero, quodnam hominum genus Eruli sint, atque unde in  
 Romanorum societatem se contulerint, explicabo. Trans fluvium Istrum  
 olim habitabant, cultui dediti multorum numinum, quae humanis placare  
 hostiis fas habebant. Institutis plurimum differabant a caeteris nationi-  
 bus. Nam nec senibus, nec aegrotis fas erat vitam producere: at si  
 quem senium occupasset vel morbus, rogare is cogebatur propinquos,  
 darent operam, ut quamprimum ex vivorum numero exturbaretur. Illi,

- καθίσαντες τε τὸν ἄνθρωπον ἐν τῇ τῶν ξύλων ὑπερβολῇ, τῶν  
 τινα Ἐρούλων, ἀλλότριον μέντοι, σὸν ξιφιδίω παρ' αὐτὸν ἔπεμ-  
 πον. ξυγγενῇ γὰρ αὐτῷ τὸν φονέα εἶναι οὐ θέμις. ἐπειδὴν δὲ  
 H 231 αὐτοῖς ὁ τοῦ ξυγγενοῦς φονεὺς ἐπαγγέι, ξύμπαντα ἕκαιον αὐτίκα  
 τὰ ξύλα, ἐκ τῶν ἰσχάτων ἀρξάμενοι. παυσμαμένης τε αὐτοῖς τῆς 5  
 φλογὸς ξυλλέξαντες τὰ δοτιῶ τὸ παραστικά τῇ γῆ ἔκρυπτον.  
 Ἐρούλου δὲ ἀνδρὸς τελευτήσαντος ἐπάναγκες τῇ γυναικὶ ἀρετῆς  
 D μεταποιουμένη καὶ κλέος αὐτῇ ἐθελούσῃ λειπεσθαι βρόχον ἀνα-  
 ψαμένη παρὰ τὸν τοῦ ἀνδρὸς τάφον οὐκ εἰς μακρὸν θνήσκειν.  
 οὐ ποιοῦση τε ταῦτα περιεστῆκει τὸ λοιπὸν ἀδόξω τε εἶναι καὶ 10  
 τοῖς τοῦ ἀνδρὸς ξυγγενέσι προσκεκρουκέναι. τοιοῦτοις μὲν ἐχρῶν-  
 το Ἐρούλοι τὸ παλαιὸν νόμοις.
- P 420 Προϊόντος δὲ χρόνου δυνάμει τε καὶ πολυανθρωπία τῶν  
 περιοίκων βαρβάρων ἀπάντων καθυπέριτεροι γεγενημένοι, ἐπιόν-  
 τες τε, ὡς τὸ εἰκὸς, ἐκάστους ἐνίκων καὶ βιαζόμενοι ἐληίζοντο. 15  
 καὶ τελευτῶντες Λογγιβάρδας τε Χριστιανὸς ὄντας καὶ ἄλλ'  
 ἄττα ἔθνη ὑπήκοα σφίσι ἐς ἐπαγωγὴν φόρου πεποιήνται, οὐκ  
 εἰθισμένον τὸ πρᾶγμα τοῦτο τοῖς ἐκείνῃ βαρβάροις, ὑπὸ δὲ φιλο-  
 χρηματίας καὶ ἀλαζονείας ἐνταῦθα ἡγμένοι. ἤνικα μὲντοι Ἀνα-  
 στάσιος Ῥωμαίων τὴν βασιλείαν παρέλαβεν, οὐκ ἔχοντες Ἐρου- 20  
 V 79 λοι ἐφ' οὐστιας ἀνθρώπων τὸ λοιπὸν ἔλθοιεν, καταθέμενοι τὰ  
 ὄπλα, ἡσυχῇ ἕμενον, χρόνος τε αὐτοῖς ἐνιαυτῶν τριῶν ἐν ταύτῃ  
 B δὴ τῇ εἰρήνῃ ἐτρίβη. καὶ αὐτοὶ ἐς ἄγαν ἀχθόμενοι Ῥοδοῦλφον

8. αὐτῇ] αὐτῇ L.

pyra constructa ingenti, collocabant hominem in fastigio, et ad ipsum mittebant Erulum aliquem, instructum sica, non tamen ei coniunctam genere: nefas enim ducebant a consanguineo caedem fieri. Reverso, qui illorum propinquum interfecerat, protinus ligna omnia, facibus imo subiectis rogo, urebant. Postquam flamma resederat, legebant ossa, ac statim terrae infodiebant. Ubi vir quispiam Erulus fato concesserat, ut virtutem probaret uxor, ac relinqueret superstitem sibi gloriam, necesse habebat vitam paulo post ad mariti tumultum finire laqueo: ni faceret, in aeternum dedecus, et propinquorum mariti offensionem incurreret. His quondam utebantur legibus Eruli.

Procedente tempore, cum et numero et viribus supra finitimos omnes Barbaros crevisset, adorti singulos, pronam habebant victoriam, et im eorum fortunas grassabantur. Demum Langobardos, iam tum Christianos, et quasdam alias gentes sibi vectigales fecerunt, contra Barbarorum in illis partibus degentium morem, ad id cupiditate arrogantiaque inducti. Susceptis ab Anastasio Romani habenis Imperii, non habentes Eruli quos deinceps invaderent, armis depositis quiescere, ac triennio pax illa stetit: quam graviter pertaesi, Rodulfo Regi suo impudenter maledico-

ἀνέδην σφῶν τὸν ἡγεμόνα ἐκάκιζον, φοιτῶντές τε αἰ παρ' αὐτὸν  
μαλθακὸν τε καὶ γυναικώδη ἐκάλουν, ἄλλοις τέ τισιν αὐτὸν ἐρε-  
σχελοῦντες ὀνόμασι, κόσμῳ οὐδενὶ ἔλοιδοροῦντο. Ῥοδοῦλφος τε  
τὴν ἕβριν ὡς ἤμισα φέρων ἐπὶ Λογγιβάρδας οὐδὲν ἀδικοῦντας  
5 ἰστροάτευσεν, οὔτε τινὰ σφίσι ἀμαρτία ἐπενεγκῶν οὔτε λύσιν  
τινὰ τῶν ξυγκειμένων σκεψάμενος, ἀλλὰ πόλεμον ἐπιφέρων αἰ-  
τίαν οὐκ ἔχοντα. ὅπερ ἐπειδὴ Λογγιβάρδαι ἀκοῆ ἔλαβον, πέμ-  
ψαντες παρὰ τὸν Ῥοδοῦλφον ἀνεκυνθάνοντο καὶ τὴν αἰτίαν  
ἤξιον εἰπεῖν, ἧς δὴ ἔνεκα Ἐρουλοὶ ἐν ὄπλοις ἐπ' αὐτοὺς ἵνατι C  
10 κοινολογοῦνται. εἰ μὲν τι ἀπιστερήκασι τῆς εἰσφορᾶς, ἀλλ' αὐ-  
τίκα μάλα ζῶν μεγάλῳ αὐτὸ ἀποτίσειν· εἰ δὲ μέμφονται μέτριον  
σφίσι τετάχθαι τὸν φόρον, ἀλλὰ μελιῶ ποιήσειν αὐτὸν, οὐ μή-  
ποτε Λογγιβάρδαι ὀκηροὶ ἔσονται. ταῦτα μὲν τοὺς πρέσβεις  
προτεινομένους ζῶν ἀπειλῇ ὁ Ῥοδοῦλφος ἀποπεμπόμενος πρόσω  
15 ἤλαυνεν. οἱ δὲ καὶ αὐτῶν πρέσβεις ἑτέρους παρ' αὐτὸν στείλαν-  
τες περὶ αὐτῶν πολλὰ λιπαροῦντες ἐκέτεον. οὕτω δὲ καὶ τῶν  
δευτέρων ἀπαλλαγέντων τρίτοι πρέσβεις παρ' αὐτὸν ἦκοντες ἐπι-  
πον Ἐρούλους πόλεμον ἀπροφάσιστον μηδαμῶς σφίσι ἐπενεγ-  
κεῖν. ἦν γὰρ ἐκείνοι γνώμη τοιαύτη ἐπ' αὐτοὺς ἴωσι, καὶ αὐτοὶ  
20 οὐκ ἐποίσιοι, ἀλλ' ὡς μάλιστα ἠναγκασμένοι, ἀντιτάξονται τοῖς D  
ἐπιστοῖσι, μαρτυρούμενοι τὸν Θεὸν, ὅπερ τῆς φροῆς καὶ βραχεῖ-  
τις τὸ παράπαν ἰκμᾶς πάσῃ τῇ ἀνθρώπων δυνάμει ἀντίξου-

6. οὔτε — οὔτε] Vulgo οὐδέ — οὐδέ. 13. [ἔσονται] γενήσονται Reg. 16. αὐτῶν] τῶν H. τῶν αὐτῶν Hoeschel. 21. ὀ-  
πιε Hugo Grotius. οὐ ὑπὲρ P. ὡς ὑπὲρ H. „φ ὑπὲρ ms.“  
Hoeschel.

bant, ipsumque adstantes, mellem et effeminatum vocabant, aliisque id  
genus convitiis per summum dedecus os eius verberabant. Permotus con-  
tumelia Rodulfus, in Langobardos plane insontes expeditionem suscipit,  
nullius delicti postulans, nec violatas pactiones praetextans; sed bellum  
inferredas ex animi mera libidine. Quo Langobardi audito, mittunt qui ex  
ipso Rodulfo scitentur supplices causam movendi contra se belli, de quo  
Eruli consilia ac sermones conferrent. Si qua sint fraudati vectigalium  
parte, spondant se illico repensuros cum magno foenore: si levius esse  
tributum querantur, haud grave Langobardis fore maius pacisci. Pro-  
ponentes haec Legatos Rodulfus remittit minitabundus, ac porro pergit.  
Ab eadem gente mittitur altera cum iisdem precibus enixis legatio: qua  
similiter repulsa, gerentes ad ipsum tertiam, denuntiant, committendum  
non esse Erulis, ut arma de nihilo in se intendant: se enim tali inva-  
dentibus animo opposituros aciem, non sua voluntate, sed summa neces-  
sitate adductos, ac testatos Deum, cuius ad nutum vel modicus vapor  
omnibus humanis viribus retundendis par omnino futurus sit. Convenien-

ἔσται· αὐτόν τε εἰκός ταῖς τοῦ πολέμου αἰτίαις ἡγμένον ἀμφοτέ-  
 ροις πρυτανεῦσαι τῆς μάχης τὸ πέρασ. οἱ μὲν ταῦτα εἶπον, δε-  
 δίσσασθαι ταύτη τοὺς ἐπιόντας οἰόμενοι. Ἐρουλοὶ δὲ, ὑποσπει-  
 λόμενοι τῶν πάντων οὐδὲν, Λογγοβάρδαις ἔγνωσαν ἐς χεῖρας  
 ἔναι. ἤνικα δὲ ἀμφοτέροι ἀγχιστού πη ἀλλήλων ἐγένοντο, τὸν 5  
 μὲν ὑπερθεν Λογγοβαρδῶν ἀέρα ξυνέβαινε μελαίνῃ τινὶ νεφέλῃ  
 καὶ ἐς ἄγαν παχέα καλύπτεσθαι, ὑπὲρ δὲ τοὺς Ἐρούλους ἀθρήϊαν  
 ὑπερφυῶς εἶναι. οἷς δὴ τεκμηριούμενος εἶκασεν ἂν τις ἐπὶ τῶ  
 σφῶν πονηρῶ ἐς τὴν ξυμβολὴν Ἐρούλους ἔναι. οὐ γάρ τι τοί-  
 του πικρότερον βαρβάρους τέρας εἰς μάχην καθισταμένους οἶόν τε 10  
 P 421 εἶναι. οὐ μέντοι οὐδὲ τούτῳ Ἐρουλοὶ προσεῖχον τὸν νοῦν, ἀλλὰ  
 παντάπασιν ἀφροντιστήσαντες πολλῶ τῶ καταφρονήματι ἐπὶ τοὺς  
 πολεμίους ἐχώρουν, πλήθει ὁμίλου τὸ τοῦ πολέμου σταθμώμε-  
 νοὶ πέρασ. ἐπεὶ δὲ ἡ μάχη ἐν χερσὶ γέγονε, θνήσκουσι μὲν τῶν  
 Ἐρούλων πολλοὶ, θνήσκει δὲ καὶ Ῥοδοῦλφος αὐτός, οἷ τε ἄλλοι 15  
 πάντες φεύγουσιν ἀγὰ κράτος, οὐδεμιᾶς ἀλλῆς μεμνημένοι. καὶ  
 τῶν πολεμίων σφίσιν ἐπισπομένων οἱ μὲν πλείστοι αὐτοῦ ἔπεσον,  
 ὀλίγοι δὲ τινες διεσώθησαν.

Διὸ δὴ ἐνδιατρέβειν ἤθεσι τοῖς πατρώοις οὐκέτι εἶχον, ἀλλ'  
 ἐνθ' ἐνδεὶς ὅτι τάχιστα ἔξαναστάντες ἐπίπροσθεν αἰεὶ ἐχώρουν, τὴν 20  
 H 232 γῆν ξύμπασαν, ἣ ἐκτὸς Ἰστροῦ ποταμοῦ ἐστι, ζῦν τε παισὶ καὶ  
 B γυναῖξὶ περιούτους. ἐπεὶ δὲ ἀφίκοντο ἐς χώραν, ἣ δὴ Ῥογοὶ τὸ  
 καλαίων ᾤκηστο, οἱ τῶ Γύτθων στρατῶ ἀναμιχθέντες ἐς Ἰτα-

7. καὶ ἐς] καὶ om. HL.  
 ἐκτὸς HL.

9. πονηρῶ] πονήρῳ P.

21. ἐκτὸς]

tissimum autem esse, ipsum, belli causis permotum, utrique genti pugnae exitum pro imperio constituere. Haec illi; quibus aggressores territum iri existimabant. At nihil prorsus veriti Eruli, consilium urgent confli- gendi cum Langobardis. Ut in propinquo steteret acies, caeli partem, quae Langobardis imminebat, nubes atra densissimaque obduxit: supra Erulos maxime sudum erat. Unde quis coniecisset Erulos in praelium sibi exitiabile vadere: nec tristius eo portentum offerri posse Barbaria, certamini se offerentibus. Sed neque huc mentem advertentes Eruli, cum summa securitate ac superbissimo contemptu hostem petunt, de eventu belli augurantes ex armatorum multitudine. Ubi ad manus ventum est, magna fit Erulorum caedes, eaque Rodulfus ipse involvitur: caeteri omnes consternantur in fugam, virtutis immemores: insequentibus hostibus, ple- ri- que ibidem oppetunt: pauci admodum elabuntur.

Quo factum ut in patria amplius manere nequiverint, sed illa quam- primum egressi, iter porro continuarint, cum liberis ex uxoris peram- grando oras omnes, Istro fluvio ulteriores. Regionem ingressi, habitatum olim a Rugis, qui in Italiam cum Gotthorum exercitu concesserant, ibi



λαν ἐχώρησαν, ἐνταῦθα ἰδρύσαντο. ἀλλ' ἐπεὶ τῶν λιμῶν ἐπιέ-  
 ζοντο, ἄτε ἐν χωρίῳ ἐρήμῳ ἐνθένδε οὐ πολλῶν ὕστερον ἔξανα-  
 στήντες, ἄγχιστά που τῆς Γηπαίδων χώρας ἀφίκοντο. καὶ αὐ-  
 τὸς Γηπαίδες τὰ μὲν πρῶτα ἰκέτας γενομένους ἐνοικίεσθαι τα  
 5 καὶ προσοίκους ἀφίσι ξυνεχώρουν εἶναι. ἔπειτα δὲ ἤρξαντο ἔξ  
 αἰτίας οὐδεμιᾶς ἀνόσια ἐς αὐτοὺς ἔργα ἐνδείκνυσθαι. γυναϊκάς  
 τε γὰρ ἐβιάζοντο καὶ βοῦς τε καὶ ἄλλα χρήματα ἤρπαζον, καὶ  
 ἀδικίας οὐδ' ὅτιοῦν ὑπέλειποντο, καὶ τελευτῶντες ἀδικῶν χει- C  
 ρῶν ἐς αὐτοὺς ἤρχον. ἄπερ Ἐρούλοι φέρειν τὸ λοιπὸν οὐχ οἰοί  
 10 τε ὄντες Ἰστρὸν τε ποταμὸν διαβαίνουσι καὶ τοῖς ἐκείῃ Ῥωμαίοις  
 προσοικεῖν ἔγνωσαν, Ἀναστασίου τὴν αὐτοκράτορα ἀρχὴν ἔχον-  
 τος. ὅσπερ αὐτοὺς πολλῇ φιλοφροσύνῃ δεξάμενος ἰδρύεσθαι  
 αὐτοῦ εἴασε, χρόνῳ δὲ οὐ πολλῶν ὕστερον προσκεκρούκασι αὐτῶ  
 οἱ βάρβαροι οὗτοι, ἀνόσια ἔργα ἐργασάμενοι τοὺς ταύτῃ Ῥω- V 80  
 15 μαίους. διὸ δὴ στρατεύμα ἐπ' αὐτοὺς ἐπέμψε. νικήσαντες δὲ  
 τῇ μάχῃ Ῥωμαῖοι πλείστους μὲν ἔκτειναν, ἐν ἔξουσίᾳ δὲ πολλῇ  
 ξύμπαντας διαφθεῖραι γέγονασιν. ἀλλ' εἰς ἰκετεῖαν τῶν στρατη- D  
 γῶν οἱ κατάλοιποι αὐτῶν γεγονότες ἐδέοντο διασώσασθαι τε αὐ-  
 τὸς καὶ ξυμμάχους τε καὶ βασιλέως ὑπηρέτας τὸ λοιπὸν ἔχειν.  
 20 ταῦτά τε μαθόντα τὸν Ἀναστάσιον ἤρρισκε, καὶ ἀπ' αὐτοῦ λει-  
 φθῆναι μὲν τισιν Ἐρούλων ξυνέβη, οὐ μέντοι αὐτε ξύμμαχοι  
 Ῥωμαίοις γιγνήσκειν οὔτε τι εἰργάσαντο ἐς αὐτοὺς ἀγαθόν.

12. ἰδρύεσθαι] ἰδρύεσθαι HmPm. ἰδρύεσθαι L. 14. τοὺς —  
 Ῥωμαίοις] τοῖς — Ῥωμαίοις L a pr. m. 21. οὔτε — οὔτε]  
 Vulgo οὐδέ — οὐδέ.

consistere. Sed cum inculta solitudo esset, paulo post exacti illinc sti-  
 mulis famis, ad Gepaedum fines accedunt. Ac primum quidem Gepsedes  
 illis supplicibus permiserunt, ut cum vicini sui essent, tum inquilini.  
 Postea vero ab re vexare ipsos importunissime coeperunt. Nam et fe-  
 minis vim afferebant et boves facultatesque caeteras praedabantur; nec  
 sibi quidquam reliqui ad iniquitatem faciebant, eo demum provecti, ut  
 immerentibus bellum intulerint. Impatientia abrepti Eruli Istrum amnem  
 traiciunt, et Romanorum, in illis partibus degentium, vicinitatem am-  
 biant, Anastasio Imperatore. A quo benignissime accepti, ipsius permis-  
 su ibi sedes fixerunt. Aliquanto post, offensus idem sceleribus, quae in  
 Romanos accolas Barbari illi perpetrabant, adversus eos exercitum misit.  
 Acie victores Romani partem maximam interfecerunt, potueruntque ad  
 internecionem cedere: verum qui supererant, supplices fuere Ducibus, ut  
 sibi in posterum vivere liceret in Romanorum societate, et fidam navare  
 operam Imperatori. Haec sibi renuntiata probante Anastasio, data salus  
 est Erulorum reliquiis. Nec tamen socii Romanorum fuere, neque ipsos  
 ullo officio remunerarunt.

Ἐπεὶ δὲ Ἰουστινιανὸς τὴν βασιλείαν παρέλαβε, χώρα τε ἀγαθὴ καὶ ἄλλοις χρήμασιν αὐτοῦς δωρησάμενος, ἑταιρείαν λέγεσθαι τε παντελῶς ἰσχυσε καὶ Χριστιανοὺς γενέσθαι ἅπαντας ἔπεισε. διόπερ τὴν δλαιταν ἐπὶ τὸ ἡμερώτερον μεταβαλόντες τοῖς Χριστιανῶν νόμοις ἐπὶ πλεῖστον προσχωρεῖν ἔγνωσαν, καὶ Ῥω-  
 P 422 μαίοις κατὰ τὸ ξυμμαχικὸν τὰ πολλὰ ἐπὶ τοὺς πολεμίους ξυντάσ-  
 σονται. ἔτι μέντοι αὐτοῖς εἰσὶν ἄπιστοι καὶ πλεονεξία ἐχόμενοι, βιάζεσθαι τοὺς πέλας ἐν σπουδῇ ἔχουσιν, οὐ φέροντος αὐτοῖς αἰσχύνῃ τοῦ ἔργου. καὶ μίξεις οὐχ ὁσίας τελοῦσιν, ἄλλας τε καὶ ἀνδρῶν καὶ ὄνων, καὶ εἰσι πονηρότατοι ἀνθρώπων ἀπάντων 10 καὶ κακοὶ κακῶς ἀπολούμενοι. ὕστερον δὲ ὀλίγοι μὲν τινες ἔσπονδοι Ῥωμαίοις διέμεναν, ὥσπερ μοι ἐν τοῖς ἔμπροσθεν λόγοις γέγραπται· οἱ δὲ λοιποὶ ἅπαντες ἀπέστησαν ἕξ αἰτίας τοιαύσδε. Ἐρμούλι τὸ τοῦ τρόπου τε θηριῶδες καὶ μανιῶδες ἐνδειξάμενοι ἐς τὸν αὐτῶν ῥῆγα (ἦν δὲ οὗτος ἀνὴρ Ὀχῶν ὄνομα) 15 ἕξαπιναιῶς τὸν ἄνθρωπον ἄπ' οὐδεμιῶς αἰτίας ἔκτειναν, ἄλλο  
 B οὐδὲν ἐπενεγκόντες ἢ ὅτι ἀβασίλευτοι τὸ λοιπὸν βούλονται εἶναι. καίτοι καὶ πρότερον ὄνομα μὲν αὐτοῖς ὁ βασιλεὺς εἶχεν, ἰδιώτου δὲ ὄνουσῶν οὐδὲν τι σχεδὸν ἐφέρετο πλέον. ἀλλὰ καὶ ξυγκαθῆσθαι αὐτῷ ἅπαντες καὶ ζῦσσοιτο εἶναι ἤξιον, καὶ ἀνέδῃν ὅστις 20 βούλοιο ἐς αὐτὸν ὑβρίζεν. ἀξυνετώτεροι γὰρ ἢ ἀσταθμητότεροι Ἐρούλων εἰσὶν ἀνθρώπων οὐδέ τινες. τοῦ δὲ κακοῦ σφίσι

2. ἑταιρείαν L. ἑταιρίαν P. εἰς ἑταιρίαν Pm. 10. ὄνων Vat. ζῶων P. 18. γέγραπται] γεγράφεται HL. 19. ξυγκαθῆσθαι L. corr. ξυγκαθείσθαι P. 20. ἀνέδῃν] ἀνάδῃν L.

Postquam Imperium Iustinianus suscepit, illos agro donatos perbono, atque auctos largitione, ut et sociis Romanorum, et Christianis vellent omnes ascribi perpulit. Itaque ad mitius vitae genus traducti, praeclara quidem formula Christianam legem amplexi sunt, et sociali iure Romanas saepe sequuntur acies: eos tamen adhuc experimur infidos, atque in vicinos grassantur adeo proiecta cupiditate, ut nullum pudorem capiant ex facinore. Nefandos sectantur coitus, etiam virorum ac pecudum. Improbissimi sunt mortalium omnium, et mali male perdidit. Postmodum pauci in Rom. societate manserunt, quemadmodum in superioribus libris commemoravi, ab illa caeteri omnes discesserunt istam ob causam. Eruli in Regem suum, cui nomen Ochon, ferini ac furialis ingenii virus ita exeruerunt, ut ipsum, nihil male meritum, ex improviso occiderint, hoc unum causati, se in posterum nulli Regi subesse velle. Quanquam antea Rex nomine tenus, nihil fere amplius, quam privatus quivis, habebat: cum nemo non consessor et conviva illius esset, et contumelias, quicumque vellet, in ipsum faceret impudenter: nulla quippe est hominum natio, quae vercordia ac levitate Erulos superet. Admissum scelus subsecuta est

Iam vero qui Faesulis obsidebantur, cum vehementissime fame pressi, illius saevitiam ferre minime possent, nec venturum Ravenna auxilium sperarent, hosti sese permittere decreverunt. Itaque cum Cypriano ac Iustino collocuti, accepta incolumitatis fide, se et castrum tradiderunt voluntaria deditione. Cyprianus, iusto Faesulis constituto praesidio, illos cum Rom. exercitu Auximum duxit. Quorum Duces Barbaris, Auximum habentibus, ostentans Belisarius, hortabatur ut insanire desinerent, spe, quam Ravenna obtulerat, abiecta penitus, utpote inutili; cum ipsos, aerumnis diuturnis confectos, eadem sors, quam praesidium Faesulanum subisset, nihilo certius maneret. Illi, re inter se multum considerata, iam fame victi, aures dictis faciles dederunt, ac de urbe tradenda assensum sunt; sed ea lege ut salvi atque incolumes cum suis opibus Ravennam irent. Haesit hic Belisarius, sibi adversari intelligens tot ac tam fortium hostium cum illis, qui Ravennae erant, coniunctionem. Nolebat autem mora occasionem omittere, sed Ravennam ac Vitigin petere cogitabat rebus adhuc suspensis. Ipsum enim sollicitum habebant Franci, quos Gotthis propediem suppetias venturos erat opinio. Horum adven-

προσιδρειαν μή πως Αύξιμον ἰλοούσης οὐκ οἴος τε ἦν. οἱ τε στρα-  
 τιῶται οὐκ εἶον ξυγγωρεῖν τοῖς βαρβάροις τὰ χρήματα, οὕτω  
 μὲν πολλὰ τραύματα ἐνδεικνύμενοι, ἄπερ ἐνταῦθα πρὸς αὐτῶν  
 δεξάμενοι ἔτυχον, πόρους δὲ πάντας ἀπαριθμοῦντες τοὺς ἐν ταύ-  
 τη σφίσι τῇ πολιορκίᾳ ξυμπεπτωκότας, ὧν δὴ ἄλλα εἶναι τῶν 5  
 D ἤσσημένων τὰ λάφυρα ἰσχυρίζοντο. τέλος δὲ οἱ τε Ῥωμαῖοι,  
 καιροῦ ὀξύτητι ἀναγκασθέντες, καὶ Γότθοι τῶν λιμῶν βιαζόμενοι  
 H 252 ξυνλασιν ἀλλήλοις, ἐφ' ᾧ τῶν μὲν χρημάτων τὰ ἡμίσεια Ῥωμαῖοι  
 ἐν σφίσι αὐτοῖς διανέμονται, τὰ δὲ λεπτόμενα Γότθοι ἔχοντες  
 βασιλέως κατήκοοι ὄσιν. ἐκάτεροι τοίνυν ὑπὲρ τούτων τὰ πι- 10  
 στὰ ἔδοσαν, Ῥωμαίων μὲν οἱ ἄρχοντες τὰ ξυγκείμενα κύρια εἶναι,  
 Γότθοι δὲ τῶν χρημάτων οὐδ' ὀτιοῦν ἀποκρούπτεσθαι. οὕτω τε  
 δὴ τὰ χρήματα πάντα ἐνέλιμαντο καὶ Ῥωμαῖοι μὲν Αὐξιμον ἔσχον,  
 οἱ δὲ βάρβαροι τῶν βασιλέως στρατεύματι ἀνεμίγνοντο.  
 P 455 κή. Ἐπεὶ δὲ Βελισάριος Αὐξιμον εἶλε, Ῥάβενναν πολιορκ- 15  
 κειν ἐν σπουδῇ ἐποιεῖτο καὶ ἄπαν τὸ στρατεύμα ἐνταῦθα ἐπέηγε.  
 Μάγνον τε πέμπας ξὺν πλῆθει πολλῶν ἐπὶ Ῥαβέννης ἰέναι ἐκέλευε,  
 Πάδου τε τοῦ ποταμοῦ τὴν ὄχθην αἰεὶ περιόοντα φυλακὴν ἔχειν,  
 ὅπως δὴ μὴ τὸ λοιπὸν ἐνθρόνδε οἱ Γότθοι τὰ ἐπιτήδεια ἔσκομι-  
 ζονται. καὶ Βιτάλιος δὲ οἱ ξὺν στρατῶν ἐκ Δαλματίας ἀφικόμε- 20  
 νος ὄχθην τοῦ ποταμοῦ τὴν ἐτέραν ἐφύλασσε. ἐνταῦθα αὐτοῖς  
 ξυνέβη τις τύχη, δῆλωσιν ἄντικρυς ποιουμένη ὅτι δὴ αὐτῇ πρω-  
 τανῶσει ἀμφοτέροις τὰ πράγματα. συχνὰς γὰρ οἱ Γότθοι ἀκά-

3. τραύματα] πράγματα L.

tum praevertere cum maxime vellet, nondum capto Auximo, obsidionem solvere nequibat. Intercedebant etiam milites, ut ne Barbaris permitteret exportare pecunias. Vulnera, quae hic ab illis plurima acceperant, ostentantes, laboresque omnes enumerantes, quos in obsidione exantlavissent, eorum praemia esse affirmabant hostium devictorum spolia. Denique hinc Romanis, occasionis praecipiti lapsu; inde Gotthis fame compulsis, pacto convenit, ut Romani dimidiam pecuniarum partem inter se dividerent; Gotthi, altera retenta, in ius ac ditionem Imperatoris venirent. Haec data utrinque fide sancita sunt: ac Duces quidem Romani, mansura pacta; Gotthi, nihil pecuniae abeconsuro se promiserunt. Itaque divisa omni pecunia, occuparunt Romani Auximum; Barbari Imperatoris copiis sese admiscuerunt.

28. Potitus Auximo Belisarius, Ravennam obsidere contendit, eoque omnes copias ducit. Praemisso illuc cum manu valida Magno iniungit ut Padi ripam continenter obeundo Gotthos ea parte comeatibus intercludat. Vitalius, qui ex Dalmatia cum copiis advenerat, alteram fluminis ripam inedit. Hic ipsis eum attulit Fortuna casum, quo manifeste probavit, se pro arbitrio de utriusque gentis rebus constituturam. An-

τους πρότερον ἐν Λιγούροις συλλέξαντες ἐς τὸν Πιάδον καθήκαν, Β  
 ἄσπερ ἐμπλησάμενοι σίτου τε καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδείων πλεῖν V 103  
 ἐπὶ Ῥαβέννης διανοοῦντο. οὕτω δὲ τοῦ ποταμοῦ τούτου ὕδωρ  
 ἐκείνω τῷ χρόνῳ ὑπέληγεν ὥστε αὐτῷ ναυτλλεῖσθαι τὸ παράπαν  
 5 ἀδύνατα ἦν, ἕως ἐπελθόντες Ῥωμαῖοι τὰς ἀκάτους ζῆν τοῖς φορ-  
 τίοις ἄπασιν εἶλον. ὅτε ποταμὸς οὐ πολλῷ ὕστερον ἐς ῥοῦν  
 ἐπαιῶν τὸν καθήκοντα νασιπόρος τὸ λοιπὸν ἐγεγένει. τοῦτο  
 δὲ αὐτῷ ξυμβῆναι οὐ πρότερον ἀκοῆ ἴσμεν. ἤδη τε οἱ  
 βύρβαροι τῶν ἐπιτηδείων ὑποσπανίζεν ἤρξαντο. οὔτε γὰρ διὰ C  
 10 κόλπου τι ἐσκομίζεσθαι τοῦ Ἴονίου εἶχον, θαλασσοκρατούντων  
 πανταχῇ τῶν πολεμίων, καὶ τοῦ ποταμοῦ ἀπεκλείντα. γνόν-  
 τες δὲ οἱ Φράγγων ἄρχοντες τὰ παιούμενα προσποιεῖσθαι τε τὴν  
 Ἰταλίαν ἐθέλοντες, πρέσβεις παρὰ τὸν Οὐτίγιν ἐμπουσι, ξυμ-  
 μαχίας ὑπόσχεσιν προτεινόμενοι, ἐφ' ᾧ τῆς χώρας ζῆν αὐτῷ  
 15 ἄρξουσιν. ὅπερ Βελισάριος ὡς ἤκουσεν, πρέσβεις καὶ αὐτὸς ἀν-  
 τεροῦντας Γερμανοῖς ἐπέμψεν ἄλλους τε καὶ Θεοδόσιον τὸν τῆ  
 οἰκίᾳ τῆ αὐτοῦ ἐφεστῶτα.

Πρῶτοι μὲν οὖν οἱ Γερμανῶν πρέσβεις Οὐτίγιδι ἐς ὄψιν D  
 ἐλθόντες ἐλέξαν τοιάδε „Ἐπέμψαν ἡμᾶς οἱ Γερμανῶν ἄρχοντες,  
 20 δυσχεραίνοντες μὲν ὅτι δὴ πρὸς Βελισαρίῳ πολιορκεῖσθαι ὁμᾶς  
 ἤκουσαν, τιμωρεῖν δὲ ἡμῖν τάχιστα κατὰ τὸ ξυμμαχικὸν ἐν σπου-  
 δῇ ἔχοντες. τὸ μὲν οὖν στρατόπεδον ἀνδρῶν μαχίμων οὐχ ἤσ-  
 σον ἢ ἐς μυριάδας πενήκοντα ἤδη πον τὰς Ἄλπεις ὑπερβεβηκένας

tea Gotthi magnam scapharum vim, quas contraxerant in Liguria, in Pa-  
 dum deduxerant; et cum eas frumento aliisque comestibus impleissent,  
 Ravennam navigare consilium erat. Tunc autem fluvius ita decrevit, ut  
 impar esset ferendis navibus, quasi Romanos expectaret: qui superve-  
 nientes, scaphas et omnia, quibus onustae erant, ceperunt. Paulo post  
 ad convenientem sibi cursum rediens amnis, navigabilem sese praebuit:  
 quod ipsi nunquam antea contigisse audivimus. Iam cibaliorum penuria  
 laborare coeperant Barbari, cum nec per sinum Ionium invehere quid-  
 quam possent, Romanis ubique mari dominantibus, nec flumen ipsis pa-  
 teret. De his certiores facti Francorum Reges, quibus in animo erat  
 Italiam adiungere ditioni suae, ad Vitigin legationem mittunt, pollicentes  
 belli societatem, ea conditione, ut Italiae cum ipso imperent. Quod ubi  
 audiit Belisarius, Legatos et ipse destinat Germanos contradicetarios, Theo-  
 dosium videlicet domus suae Praefectum, aliosque.

Priores ad Vitigin intromissi Germanorum Legati orationem hanc  
 habuerunt. Huc nos miserunt Germanorum Principes, graviter ex eo sol-  
 liciti, quod a Belisario obsideri vos audierunt, et nihil non agentes, ut vo-  
 bis pro sociali officio quamprimum opitulentur. Iam certe non minus quin-  
 centa millia virorum fortium superasse Alpes credimus: de quibus hoc ia-

ολόμεθα, οὗς πελέεσι τὴν Ῥωμαίων στρατιὰν ζύμπασαν ἐν τῇ  
 P 456 πρώτῃ ὀρμῇ καταχάσειν ἀρχοῦμεν. ὑμᾶς δὲ οὐ τῶν δουλωσο-  
 μένων τῇ γνώμῃ ἐπεσθαι ἄξιον, ἀλλὰ τῶν ἐξ κίνδυνον πολέμου.  
 εὐνοία τῇ ἐς Γότθους καθισταμένων. ἄλλως τε, ἦν μὲν τὰ δπλα  
 ζὸν ἡμῖν ἔλοισθε, οὐδεμία λείπεται Ῥωμαίοις ἐλπίς ἀμφοτέ- 5  
 ροις τοῖς στρατεύμασιν ἐς χεῖρας ἵεναι, ἀλλ' αὐτόθεν πόνῳ οὐ-  
 δενί ἀναδησόμεθα τὸ τοῦ πολέμου κράτος. ἦν δέ γε ζὸν Ῥω-  
 μαίοις τετάξονται Γότθοι, οὐδ' ὡς τῷ τῶν Φράγγων ἔθνεϊ ἀν-  
 θέξουσιν (οὐ γὰρ ἐξ ἀντιπάλου τῆς δυνάμεως ὁ ἀγὼν ἔσται),  
 B ἀλλὰ περιέσται ὑμῖν τὸ ζὸν τοῖς πάντων πολεμιωτάτοις ἦσση- 10  
 σθαι. ἐς προὔπτον δὲ κακὸν ἵεναι, παρὸν κινδύνου ἐκτὸς σώζε-  
 σθαι, πολλὴ ἄνοια. ὅπως δὲ ἄπιστον πᾶσι βαρβάροις τὸ Ῥω-  
 μαίων καθέστηκε γένος, ἐπεὶ καὶ φύσει πολέμιόν ἐστιν. ἡμεῖς  
 μὲν οὖν ξυνάρξομέν τε βουλομένοις ὑμῖν Ἰταλίας ἀπίσης καὶ τὴν  
 χώραν διοικησόμεθα, ὅπη ἂν δοκῇ ὡς ἄριστα ἔχειν. σὲ δὲ καὶ 15  
 Γότθους ἐλέσθαι εἰκὸς ὃ τι ἂν ὑμῖν ξυνολοῖσιν μέλλῃ.“ Φράγγοι  
 μὲν τοσαῦτα εἶπον. παρελθόντες δὲ καὶ οἱ Βελισαρίου πρέσβεις  
 ἔλεξαν ὧδε „Ὡς μὲν οὐδὲν ἂν τῷ βασιλείῳ στρατῷ λυμανεῖται  
 τὸ τῶν Γερμανῶν πλήθος, ὅπερ οὗτοι δεδίττεσθαι ὑμᾶς ἄξιουσι,  
 C τί ἂν τις ἐν ὑμῖν μακρολογίῃ, οἷς γε διὰ μακρὰν ἐμπειρίαν ὑπα- 20  
 σαν ἐξεπίστασθαι τὴν τοῦ πολέμου ῥοπήν ξυμβαίνει, καὶ ὡς ἤχι-  
 στα ἀρετῇ ἀνθρώπων ὁμίλῳ φιλεῖ ἔλασσοῦσθαι; ἐῷμεν γὰρ λέ-  
 γειν ὅτι καὶ πάντων μάλιστα βασιλεῖ πάρεστι πλήθει στρατιωτῶν

19. ὅπερ] ὅπερ L et Pm.

ciamus vere, primo illos congressu Romanum omnem exercitum securibus  
 obruturos. Vos autem decet sententiam sequi, non eorum, qui vobis in-  
 gum servitutis imponent, sed qui in dimicationem veniunt, summo in Got-  
 thos adducti studio. Accedit in primis, quod si nobiscum arma ceperitis,  
 Romanis nulla spes reliqua futura est utrumque exercitum sustinendi, sed  
 eos illico labore nullo debellabimus. Sin Gotthi cum Romanis vires socia-  
 bunt, nec sic quidem Francorum genti resistent (iniquus enim congressus  
 erit) at certo tandem cum natione vobis inimicissima profligabimini. Ex-  
 tremæ autem dementiae est in exitum manifestum ruere, cum absque ullo  
 belli discrimine offertur salus. Praeterea Romana gens plane infida est  
 Barbaris, odio, a natura insito, intarcedente. Caeterum universae Italiae  
 vobiscum, si vultis, imperabimus, et regiminis formam, quæ videbitur  
 optima, sequemur. Iam tuum est et Gotthorum amplecti quæ vobis con-  
 ducent. Haec Franci. Tum progressi Belisarii Oratores, haec fere lo-  
 cuti sunt. Germanorum multitudinem, quam isti vobis ad terrorem osten-  
 tant, Imperatoris copiis nihil nocituram, quid attinet demonstrare pluribus  
 apud vos, qui in quo situm omne belli momentum sit, neque hominum in-  
 genti numero virtutem cedere, longa iam experientia didicistis. Omitti-  
 mus quod nemo aequè, ut Imperator, hostem poterit superare militem nu-

περιεῖναι τῶν πολεμίων. τὸ δὲ δὴ τούτων πιστὸν, ὥς χρῆσθαι ἀγχοῦσιν ἐς πάντας βαρβάρους, μετὰ γε Θοορήγγους καὶ τὸ Βουργουνζιάνων ἔθνος, καὶ ἐς τοὺς ξυμμάχους ὑμᾶς παρὰ τῶν ἀνδρῶν ἐπιδέδεικται. ὡς ἡμεῖς γε ἡδέως ἂν Φράγγους ἐροίμεθα 5 τίνα ποτὲ μέλλοντες ὁμείσθαι θεῖον τὸ τῆς πίστωσης ὑμῖν ἐχυρὸν ἰσχυρίζονται δώσειν. τὸν γὰρ ἤδη αὐτοῖς ὁμωμοσμένον ὄντινα τετιμήκασι τρόπον ἐπίστασθε δὴ πευ· οἷ γε παρ' ὑμῶν ἐπὶ ξυμμαχίᾳ κεκομισμένοι οὐχ ὅσον ὑμῖν τοῦ κινδύνου ξυνάρασθαι οὐ- D  
δαμῶς ἔγνωσαν, ἀλλὰ καὶ ὄπλα οὕτως ἀναλίδην καθ' ὑμῶν εἰ-  
10 λοντο, εἴ τις ἐν ὑμῖν τῶν πρὸς τῷ Πάδῳ ξυμπεπτωκότων δια-  
σώζεται λόγος. καὶ τί δεῖ τὰ φθάσαντα λέγοντας ἐλέγχειν τὸ τῶν  
Φράγγων ἀσέβημα, τῆς παρουσίας αὐτῶν πρεσβείας οὐδὲν ἂν γέ-  
νηται μιαιώτερον. ὥσπερ γὰρ τῶν σφίσι ἐπιλεησμένοι ὠμολο-  
γημένων τε καὶ ταῖς ξυνθήκαις ὁμωμοσμένων κρείττω νῦν τῶν  
15 πάντων τὴν παρ' αὐτῶν βοήθειαν ἐσομένην ὑμῖν ἀξιοῦσιν. ἦν  
δὲ καὶ τούτου παρ' ὑμῶν τύχωσιν, ὥστε ξυνελθεῖν Γότθους τῷ  
Φράγγων στρατῷ, εἰς τί ποτε αὐτοῖς τελευτήσῃ τὸ τῶν χρημά- V 104  
των ἀκόρεστον εἰκός γε λογιέσθαι.“

Τοσαῦτα μὲν καὶ οἱ Βελισαρίου πρέσβεις ἔλεξαν. Οὕτι-  
20 γις δὲ ξὺν Γότθων τοῖς ἄριστοις πολλὰ κοινολογησάμενος τὰς τε  
πρὸς βασιλεία ξυνθήκας εἴλετο καὶ ἀπράκτους ἀπεπέμψατο Φράγγ-

1. φ χρῆσθαι ἀγχοῦσιν P ex Vat. καὶ ἡμῶν εἰδότην HL.  
2. Βουργουνζιάνων] Βουργουνζιόων P. 5. ἐχυρὸν Pm. Vulgo  
ἰσχυρὸν. 12. τῆς παρουσίας αὐτῶν πρεσβείας] παρουσίας αὐτῶν  
τῆς πρεσβείας, ἦς? 13. γήνηται] Immo γένοιτο. 14. κρείττω  
νῦν τῶν πάντων τὴν HL. κοινωνεῖν τῶν πάντων διὰ τὴν P ex  
Maltreti coniectura.

mere. Fidem autem, quam isti Barbaris omnibus servare se gloriantur, post Thoringes et Burgundiones, in vos quoque socios suos quam certa sit, declararunt. Libenter sane rogaverimus Francos, quo tandem iurato numine, certum fidei pignus vobis daturi sint? Si qua enim apud vos rerum fama adhuc manet, quae ad Padum contigerunt, scitis profecto, quo Decum modo, per quem iam proxime iuraverant, venerunt, qui a vobis in societatem assumpti, non modo recusarunt arma vobis iungere, sed in vos etiam tam impudenter verterunt. Verum quid opus est praeterita repetere, ut Francorum impietas pateat, cum hac ipsa legatione saeclestius nihil fieri queat? Perinde enim ac si penitus e memoria excidissent pacta, quae iurando firmarunt, iam volunt ut futurum auxilium remuneremini rerum omnium vestrarum communiōne. Si vero a vobis id consequantur, ut Gotthi cum Francorum exercitu coeant, videre vestrum est, quo demum evasura sit eorum cupiditas inexplebilis.

Secundam hanc Legatorum Belisarii orationem, Vitigis, longa cum Gotthorum optimatibus habita consultatione, cum Imperatore pacisci maluit, et Francos inanes remisit. Ex eo die Romani et Gotthi inter

P 457 γους. καὶ τὸ λοιπὸν Γότθοι μὲν καὶ Ῥωμαῖοι πρὸς ἀλλήλους ἐπεκηρυκεύοντο ἤδη, Βελισάριος δὲ οὐδέν τι ἤσσαν ἐφύλασσε τὸ μὴ τοῖς βαρβάρους τὰ ἐπιτήδεια ἐσκομίζεσθαι. καὶ Βιτάλιον μὲν ἐς Βενετίους λόντα τὰ πλεῖστα ἐπαγαγέσθαι τῶν ἐκεῖνη χωρίων ἐκέλευεν, αὐτὸς δὲ Ἰλδίγερα ἐπιπέμψας τὸν Πιάδον ἐφύλασσαν ἑκατέρωθεν, ὅπως τε οἱ βάρβαροι μᾶλλον ἀπορίᾳ τῶν ἀναγκαίων ἐνδύσσοι καὶ τὰς ξυνθήκας ποιήσωνται ἢ αὐτὸς βούλεται. καὶ ἐπεὶ σίτον πολὺν ἐν δημοσίοις οἰκήμασιν ἔτι ἐντὸς Ῥαβέννης ὑποκεῖσθαι ἔγνω, τῶν τινα ταύτη ψηκμένων ἀνέπεισε χρήμασι ταῦτα δὴ τὰ οἰκήματα ζῆν τῷ σίτῳ λάθρα ἐμπρῆσαι. φασὶ δὲ καὶ 10  
 B γνῶμη Ματασοῦνθης, τῆς Οὐτίγιδος γυναικὸς, ταῦτα ἀπολωλέναι. ἐπειδὴ τε ὁ σίτος ἐκ τοῦ αἰφνιδίου ἐκέκαστο, οἱ μὲν τινες ἐξ ἐπιβουλῆς γεγενῆσθαι τὸ ἔργον ὑπετόπαζον, οἱ δὲ κεραυνῶ τὸν χῶρον βεβλήσθαι ὑπάπτειαν. ἑκάτερα δὲ λογιζόμενοι οἱ Γότθοι τε καὶ Οὐτίγεις ἐς ἀμηχανίαν ἔτι μᾶλλον ἐνέπιπτον, οὐδὲ 15  
 σφίσιν αὐτοῖς πιστεύειν τὸ λοιπὸν ἔχοντες καὶ πρὸς τοῦ Θεοῦ πολεμεῖσθαι οἰόμενοι. ταῦτα μὲν ταύτη ἐπράσσετο.

Ἐν δὲ Ἄλπεισιν, αἱ Γέλλους τε καὶ Λιγούρους διορίζουσιν, ὡς περ Ἄλπεις Κοντίας καλοῦσι Ῥωμαῖοι, φρούρια συχνὰ ζυμβαίνει εἶναι. οὗ δὴ Γότθοι ἐκ παλαιοῦ πολλοὶ τε καὶ ἄριστοι, 20  
 C ζῆν τε γυναιξὶ καὶ παισὶ τοῖς αὐτῶν ὠκημένοι, φυλακὴν εἶχον,

4. Βενετίους] βενετίας L a m. sec. *ibid.* τὰ πλεῖστα] ὡς πλεῖστα Suidas s. v. ἐπαγαγέσθαι. 11. Ματασοῦνθης] ἀμαλασοῦνθης HL. 18. Λιγούρους] In ἀλλούρους corruptum ap. Suidam s. v. Ἄλπεις. 19. Κοντίας Pm. Vulgo Σκοντίας. ε deletum in L a pr. m.

se Legatos de pace missitarunt, nihil interea segnius invigilante Belisario, ne Barbari comestus acciperent. Ac Vitalium quidem in agrum ire Venetum, et pleraque loca asciscere sibi iussit. Ipse misso in ripam ulteriorem Ildigere, utrinque Padum obsedit, ut Barbari, magis magisque remissis cibariorum inopia animis, ad eas conditiones, quas vellet, accederent. Monitus vero magnum frumenti numerum Ravennae adhuc in horreis servari publicis, civium quemdam pecunia induxit, ut igni clam iniecto, horrea cum frumento corrumperet: quod de sententia quoque Matasunthae, uxoris Vitigis, factam perhibent. Repentinum illud frumentum incendium alii occulta fraude, alii ictu fulminis contigisse existimabant. Utraque suspicio Gotthos ac Vitigin in maiores redigebat angustias, cum nec sibi fidere iam ipsi possent, seque a Deo oppugnari crederent. Haec ibi gesta sunt.

In Alpibus vero, quae Gallos a Liguribus discludunt, et a Romanis Alpes Cottiae appellantur, multa sunt castella, quae Gotthi, magno numero, viri fortes, cum uxoribus ac liberis incolebant, ac praesidiis tenebant. Audiens Belisarius meditari illos deditioem, unum e suis, cui no-

οὐσπερ ἐπεὶ οἱ βούλεσθαι Βελισάριος προσχωρεῖν ἤκουσε, τῶν οἱ ἐπομένων τινὰ, Θωμῶν ὄνομα, ξὺν ὀλίγοις τισὶ παρ' αὐτοὺς ἐπεμψεν, ἐφ' ᾧ δόντες τὰ πιστὰ παραστήσονται ὁμολογίᾳ τοὺς ταύτῃ βαρβάρους. καὶ αὐτοὺς ἐς τὰς Ἄλπεις ἀφικομένους Σίσι-  
 5 γις, ὃς τῶν ἐνταῦθα φυλακτηρίων ἤρχεν, ἐνὶ τῶν φρουρίων δε-  
 ξάμενος, αὐτὸς τε προσεχώρησε καὶ τῶν ἄλλων ἐκάστους εἰς  
 τοῦτο ἤγεν. ἐν τούτῳ δὲ Οὐραΐας τετρακισχιλίους Λιγούρους τε  
 καὶ τῶν ἐν ταῖς Ἄλπεσι φρουρίων ἀπολεξάμενος, ἐπὶ Ῥάβενναν  
 ὡς βοηθήσων κατὰ τάχος ἦει. οἷπερ ἐπειδὴ τὰ Σισίγιδι πεπρα-  
 10 γμῆνα ἐπέθοντο, ἀμφὶ τοῖς οικείοις δεδιότες, ἐνταῦθα πρῶτον  
 ἤξιον εἶναι. διὸ δὴ Οὐραΐας παντὶ τῷ στρατῷ ἐς τὰς Ἄλπεις D  
 τὰς Κουτίας ἦλθε καὶ τὸν Σίσιγιν ξὺν τοῖς ἀμφὶ τὸν Θωμῶν ἐπο-  
 λάρκει. ταῦτα Ἰωάννης τε, ὁ Βιταλιανοῦ ἀδελφιδούς, καὶ Μαρ-  
 τίνος πυθόμενοι (ἀγχοτάτω γὰρ Πάδου τοῦ ποταμοῦ ὄντες ἐτύγ-  
 15 χανον) κατὰ τάχος ἐβοήθουν παντὶ τῷ στρατῷ καὶ τῶν ἐν ταῖς  
 Ἄλπεσι φρουρίων τισὶν ἐξ ἐπιδρομῆς ἐπεισιπρόντες εἶλον, καὶ  
 τοὺς ἐνταῦθα ὠκημένους ἠνδραπόδισαν. ἐν τοῖς παῖδάς τε συ-  
 χροὺς καὶ γυναῖκας τῶν ὑπὸ τῷ Οὐραΐα στρατευομένων ξυνέπε-  
 σεν εἶναι. πλείστοι γὰρ αὐτῶν ἐκ τούτων δὴ τῶν φρουρίων ὀρ-  
 20 μώμενοι εἶποντο. οἷπερ, ἐπεὶ ἀλῶναι τὰ σφέτερον αὐτῶν ἔμα- P 458  
 θον, ἀποταξάμενοι τοῦ Γότθων στρατοπέδου ἐκ τοῦ αἰφνιδίου,  
 τοῖς ἀμφὶ τῷ Ἰωάννῃ προσχωρεῖν ἔγνωσαν, καὶ ἀπ' αὐτοῦ Οὐ-  
 ραΐας οὔτε τι ἐνταῦθα ἀνύτειν οὔτε τοῖς ἐν Ῥαβέννῃ κινδυνεύουσι

11. εἶναι] εἶναι L. 12. Κουτίας] Vulgo Σκουτίας. 23. ἀνύ-  
 τειν] ἀνύττειν P.

men Thomae, eo misit cum paucis, ut fide data, regionis illius Barbaros in potestatem pactione susciperet. Cum ad Alpes pervenissent, Sisigis, qui illius tractus praesidiis imperabat, in quoddam e castellis, quae dixi, ipso accepit, et cum se ipse dedit, tum caeteros perpulit, ut idem facerent. Hoc interim spatio Uraias Ravennae succurrere properabat cum virorum quatuor millibus, quos e Liguria Alpiumque castellis delegerat. Hi, cognita Sisigis defectione, timentes suis relictis domi, eo primum sese conferre voluerunt. Quamobrem Uraias cum omni exercitu ad Alpes Cottias venit, et Sisigin ac Thomam obsidet. Cuius rei nuntio exciti, qui proxime Padum erant, Ioannes Vitaliani ex sorore nepos, atque Martinus, cum omnibus copiis subsidio currunt. Alpina castella aliquot cursim aggressi, primo impetu occupant, et captivos abducunt eorum incolae. Quo in numero multi erant illorum liberi et uxores, qui sub Uraia militabant, et quorum plerique ex eorum praesidiis castellorum deducti, ipsum sequebantur. Hi sua teneri capta simul ut audierunt, a Gotthorum exercitu desciverunt ad Ioannem. Quo factum ut Uraias neque ibi quidquam proficere, nec Gotthis Ravennae periclitantibus subvenire po-

Γότθοις βοηθεῖν ἴαχυσεν, ἀλλὰ ἄπρακτος ἐς Λιγουρίαν ζὺν ὀλιγοῖς ἑλλῶν ἡσυχῇ ἔμενε. καὶ Βελισάριος κατ' ἔξουσίαν Οὐτίγην  
 H 254 τε καὶ Γότθων τοὺς δοκίμους ἐν Ῥαβέννῃ καθεῖρξεν.  
 B καθ'. Τότε δὴ καὶ πρέσβεις ἐκ βασιλείως ἀφίκοντο, Δο-  
 V 105 μινικός τε καὶ Μαξιμίνος, ἐκ βουλῆς ἄμφω, ἐφ' ᾧ τὴν εἰρήνην 5  
 κατὰ τάδε ποιήσονται. Οὐτίγην μὲν πλοῦτου τὸ ἡμισυ τοῦ βα-  
 σιλικοῦ φέρεσθαι, χώρας τε ἄρχειν ἢ ἐκτὸς Πιάδου ποταμοῦ ἔστι·  
 τῶν δὲ δὴ χρημάτων τὸ ἡμισυ βασιλέως εἶναι, καὶ αὐτῷ ὅσα  
 ἐντὸς Πιάδου ποταμοῦ ὑπήκοα ἐς ἀπαγωγὴν φόρου ποιήσασθαι.  
 Βελισαρίῳ τε οἱ πρέσβεις τὰ βασιλέως γράμματα δεξάντες ἐς 10  
 Ῥαβένναν ἐκομισθήσαν. μαθόντες δὲ Γότθοι καὶ Οὐτίγεις ἐφ'  
 C ᾧ ἦκοιεν, ἄσμενοι κατὰ ταῦτά ὠμολόγησαν σπονδὰς θήσεσθαι.  
 ἄπερ ἀκούσας ὁ Βελισάριος ἤσχαλλεν, ἐν συμφορᾷ μεγάλῃ ποιού-  
 μενος, εἰ μὴ τις αὐτὸν ἐψῆ, παρὸν οὐδενὶ πόνῳ, τό τε κράτος  
 τοῦ πολέμου παντὸς φέρεσθαι καὶ δοριάλωτον Οὐτίγην ἐς Βυ- 15  
 ζάντιον ἀγαγεῖν. ἐπειδὴ τε οἱ πρέσβεις ἐκ Ῥαβέννης πρὸς αὐτὸν  
 ἴκοντο, γράμμασιν οικείοις ἐπιρρῶσαι τὰς ξυνθήκας ἤκιστα ἤθε-  
 λεν. ὅπερ οἱ Γότθοι αἰσθόμενοι τότε δολερῶς τὴν εἰρήνην σφίσι  
 Ῥωμαίους προτείνεσθαι ὑπετόπαζον, καὶ ὑποψία ἐς αὐτοὺς με-  
 γάλῃ ἐχρῶντο, ἄντικρὺς τε ἤδη ἔφασκον ἄνευ τῶν Βελισαρίου 20  
 D γραμμάτων τε καὶ ὄρκων οὐποτε ξυνθήκας πρὸς αὐτοὺς θήσε-  
 σθαι. ἀκούσας δὲ Βελισάριος λοιδορεῖσθαι οἱ τῶν ἄρχόντων τι-

8. αὐτῷ Pm. αὐτῶν P. 13. ἤσχαλλεν Suidas s. v. παρὸν. Vulgo ἤσχαλλεν. 15. δοριάλωτον] δορυάλωτον P.

tuerit: sed cum parva manu reversus in Liguriam re infecta, ibi subse-  
 derit. At Belisarius arbitrato suo Vitigis et Gothicam nobilitatem, Ra-  
 vennae arctius in dies premebat.

29. Tunc temporis affuere Imperatoris Legati, Dominicus et Maxi-  
 minus, Senatores ambo; his pacem facturi conditionibus: ut Vitigis, re-  
 giae gazae retenta parte dimidia, in Transpadanis oris regnaret: Impe-  
 rator alteram gazae partem et ab omnibus Cispadanis annum vectigal  
 acciperet. Legati, communicatis cum Belisario Augusti literis, Ravennam  
 ivere: quibus Gotthi ac Vitigis, cognito eorum adventus consilio, liben-  
 tissime promiserunt, pacem se iisdem conditionibus pacturos. Quod ubi  
 rescit Belisarius, dolore exarsit, gravissime ferens, quod cum posset nullo  
 negotio plenam adipisci victoriam et Byzantium Vitigis captivum depor-  
 tare; neutrum sibi permetteretur. Postquam Ravenna ad ipsum Legati  
 reversi sunt, pacta conventa suis confirmare literis noluit. Quo Gotthi  
 cognito, in animum induxerunt, sibi a Romanis fraudulenter offerri pa-  
 cem, deque illis pessime suspicari coeperunt. Quin etiam praecise ne-  
 garunt se pactionem cum ipsis confuturos, nisi illam Belisarius manu sua  
 ac iureiurando sanciret. Admonitus Belisarius non doesse Duces qui cum



νὰς, ὡς δὴ ἐπιβουλευόντων τοῖς βασιλέωσι πράγμασι τὸν πόλεμον  
 καταλύειν οὐδαμῶς βούλοιοτο, συγκαλέσας ἅπαντας, Διομνίκου  
 τε καὶ Μαξιμίνου παρόντων, ἔλεξε τοιάδε, „ Τὴν μὲν τοῦ πολέ-  
 μου τύχην ἐν τῷ ἀσφαλεῖ ὡς ἤμιστα ἐστάναι αὐτός τε οἶδα καὶ  
 5 ὑμῶν ἕκαστον ταῦτά μοι γινώσκειν ὑπὲρ αὐτῆς οἶμαι. πολλοῖς τε  
 ἐπίδοξος, ὅτι δὴ ἐς αὐτοὺς ἀφίξεται, οὕσα ἢ τῆς νίκης ἐλλίς  
 ἔσφηλε, καὶ τοῖς δεδυστυχημένοι δοκοῦσι τῶν ἐχθρῶν ἤδη παρὰ P 459  
 δόξαν περιεῖναι ξυνέβη. διὸ δὴ χρῆναί φημι τοὺς ὑπὲρ τῆς εἰ-  
 ρῆνης βουλευομένους οὐ τὴν ἀγαθὴν ἐλπίδα προβάλλεσθαι μόνον,  
 10 ἐφ' ἑκάτερα δὲ τὴν ἀπόβασιν ἔσεσθαι σφίσι ἐν νῷ ἔχοντας, οὐ-  
 τω τὴν αἴρεσιν ποιῆσθαι τῆς γνώμης. τούτων δὲ τοιοῦτων ὄν-  
 των, ὑμᾶς τε τοὺς ξυνάρχοντας καὶ τοῖσδε τοὺς βασιλέωσι πρέ-  
 σβεις ξυναγαγεῖν ἔδοξεν ἔμοιγε, ὅπως ἐν τῷ παρόντι κατ' ἔξου-  
 σίαν ἐλόμενοι ὃ τι ἂν βασιλεῖ ξυνοίσειεν δοκῆ, μὴ τινα ὀπίσω τῶν  
 15 πραγμάτων κατ' ἐμοῦ ποιήσῃσθε μέμψιν. τῶν γὰρ ἀτοπωτά-  
 των ἂν εἴη σιωπᾶν μὲν ἕως ἔξεστιν ἐλέσθαι τὰ κρίσσω, σκοποῦ- B  
 μένοις δὲ τὴν ἀπὸ τῆς τύχης ἀπόβασιν τὰς αἰτίας ποιῆσθαι. ὅσα  
 μὲν οὖν ἐς τὴν τοῦ πολέμου διάλυσιν βασιλεῖ τε δέδοκται καὶ  
 Οὐτίγιδι βουλομένην ἔστιν, ἐπιστασθε δὴ που. εἰ δὲ καὶ ὑμῖν  
 20 ξύμφορα ταῦτα εἶναι δοκεῖ, λεγέτω παρελθῶν ἕκαστος. εἰ μὲν-  
 τοι πᾶσύν τε Ἰταλίαν οἴεσθε Ῥωμαίοις ἀνασώσασθαι οἶοί τε εἶναι  
 καὶ τῶν πολεμίων τὴν ἐπικράτησιν ποιήσασθαι, οὐδὲν κωλύσει  
 μηδὲν ὑποστειλαμένους εἰπεῖν.“ ταῦτα ἐπεὶ Βελισάριος εἶπεν,

## 1. τοῖς om. L.

*convitio dicerent, ideo bellum nolle ipsum componere, quod in res Imperatoris aliquid strueret; convocatis omnibus, Domnico etiam ac Maximino praesentibus, sic verba fecit. Instabilem esse scio fortunam belli, idque mihi quemque vestrum assentiri existimo. Ac multos quidem sefellit obiecta animo consequendae spes victoriae. Qui vero calamitate videbantur eversi funditus, superiores hostibus evaserunt. Quare eorum, qui de pace deliberant, partes esse aio, non ostentare solum spem bonam, sed in eligenda sententia cogitare ancipitem ac varium exitum. Quae cum ita sint, huc vos Collegas meos, hosque Imperatoris Legatos cogendos censui, ut libere in praesentia capto consilio, quod Imperatori expedire videbitur, in me postmodum rei culpam non transferatis. Hominum enim absurdissimum est, sibi quoad integrum est potiora deligere, deinde autem, considerato exitu infelici, habere querimoniam. Quae sit Imperatoris de pace sententia, quod votum Vitigis, non ignoratis. Ea vero si vobis e re esse publica videntur, dicat quisque palam quod sentit. Rursus, si Italiam universam ad ditionem Romanam revocari, debellarique hostem a vobis posse indicatis, nihil vetabit audacter eloqui. His dictis a Belisario,*

ἄπαντες ἀντικρυς ἀπεφῆγαντο τὰ βασιλέως βουλευµατα βέλτιστα εἶναι, καὶ οὐδὲν αὐτοὺς οἴους τε ἕσασθαι περαιτέρω τοὺς πολεµίους ἐργάζεσθαι. Βελισάριος δὲ ἤσθεις τῶν ἀρχόντων τῇ γνώµῃ γράμμασιν αὐτὴν ἤξιου δηλώσαι, ὡς μὴ ποτε αὐτὴν ἀρη-  
C θείην. οἱ δὲ καὶ γράψαντες ἐν βιβλιδίῳ ἐδήλουν οὐχ οἴοι τε εἰ-5  
ναι περιέσεσθαι τῷ πολέμῳ τῶν ἐναντίων.

Ταῦτα μὲν οὖν ἐν τῷ Ῥωμαίων στρατοπέδῳ ἐγίνετο. Γότ-  
θοι δὲ τῷ λιμῷ πιεζόμενοι οὐκέτι τε ἀντέχουν τῇ τάλαιπωρία δυ-  
νάμενοι Οὐτιγίδος μὲν τῇ ἀρχῇ ἤχθοντο, ἅτε ὡς μάλιστα δεδυσ-  
τυχηκότος, βασιλεῖ δὲ προσχωρεῖν ὤκνουσαν, δεδιότες ἄλλο μὲν 10  
V 106 οὐδὲν, ὅπως δὲ μὴ δοῦλοι βασιλέως γενόμενοι ἔκ τε Ἰταλλας ἀνί-  
στασθαι ἀναγκάζοντο καὶ ἐς Βυζάντιον ἰόντες ἐνταῦθα ἰδρῦσα-  
σθαι. ἐν σφίσι οὖν αὐτοῖς βουλευσάμενοι, εἴ τι ἐν Γότθοις  
καθαρὸν ἦν, βασιλεῖ τῆς ἐσπερίας Βελισάριον ἀνειπεῖν ἔγνωσαν.  
D πέμπαντες δὲ παρ' αὐτὸν λάθρα ἐδίοντο ἐς τὴν βασιλείαν καθί-15  
στασθαι· ταύτῃ γὰρ αὐτῷ ἄσμενοι ἔψεσθαι ἰσχυρίζοντο. Βελι-  
σάριος δὲ καταστῆναι μὲν εἰς τὴν ἀρχὴν οὐχ ἐκόντος βασιλέως  
ἤκιστα ἤθελε. τῷ τε γὰρ τοῦ τυράννου ὀνόματι ὑπερφυῶς ἤχθε-  
το καὶ ὄρκους δεινοτάτοις πρὸς βασιλέως καταληφθεὶς πρότερον  
ἔτυχε, μὴ ποτε αὐτοῦ περιόντος νεωτεριεῖν· ὅπως δὲ τὰ παρόντα 20  
ἄριστα διοικεῖσθαι, ἀσμένως ἔδοξε τοὺς τῶν βαρβάρων λόγους  
ἐνδέχεσθαι. ὧν δὲ καὶ αἰσθόμενος ὁ Οὐτιγίς ἔδεισέ τε καὶ

1. βέλτιστα] τὰ βέλτιστα L. 12. ἰδρῦσασθαι] ἰδρῦσεσθαι L.  
20. διοικεῖσθαι Reg. et Hm. διοικήσθαι L. διοικήσασθαι P.

aperte omnes pronuntiarunt, optima esse Imperatoris consilia, nec se in hostes moliri quidquam amplius posse. Laetus ea Ducum sententia Belisarius, petit ut eam testatam scripto, ne postea negent. Illi se bello vincendis hostibus impares esse tabella declararunt.

Dum haec in Romanorum castris aguntur, interea Gotthi fame pressi fractique aerumnis, Vitigis, utpote infelicissimi, dominatum graviter ferrebant; se tamen Imperatori permittere dubitabant, hoc unum vertiti, ne postquam in potestatem eius venissent, ex Italia migrare, et Byzantium deportati, ibi manere cogerentur. Quicumque igitur inter Gotthos prudentia et auctoritate pollebant, de communi sententia constituerunt Imperium Occidentis decernere Belisario. Ad id submittant, qui ipsum regent, ut capessat Imperium: id si fecerit, libenter se ipsi accessuros affirmant. Sed ab eo longe aberat Belisarius, ut Imperium susciperet, invito Imperatore. Nam et a Tyranni nomine summo opere abhorrebat, et antea Augusto sanctissime inraverat, res novas nunquam se moliturum, eo superstite. Ut vero re nata scite uteretur, simulavit se auribus facile admittere quae proponerent Barbari. Haec ubi Vitigis intellexit, quam-

Γότθοις ὡς βέλτιστα βουλευέσθαι εἰπὼν Βελισαρίῳ καὶ αὐτὸς  
 λάθρα παρήγγει ἐς τὴν βασιλείαν ἵνα· οὐδένα γὰρ οἱ ἐμποδῶν  
 στήσεσθαι. καὶ τότε δὴ Βελισάριος αὐθις τοὺς τε βασιλέως πρέ- P 460  
 σβεις καὶ πάντας ξυγκαλέσας τοὺς ἄρχοντας ἠρώτα, εἰ αὐτοῖς  
 5 λόγου πολλοῦ ἕξιον εἶναι δοκεῖ Γότθους ἅπαντας ξὺν Οὐτίγιδι  
 δοριαλώτους ποιήσασθαι, καὶ χρήματα πάντα μὲν ληίσασθαι, H 255  
 Ἴταλλαν δὲ Ῥωμαίοις ξύμπασαν ἀνασώσασθαι. οἱ δὲ ὑψηλὸν τε  
 καὶ ὑπέρογκον τοῦτο Ῥωμαίοις εὐτόχημα ἔφασκον ἔσεσθαι, καὶ  
 πρῶσσειν αὐτὸν ὅπη ἂν δύνηται τι ὡς τάχιστα ἤξλου. αὐτίκα  
 10 γοῦν παρὰ τε Οὐτίγιν καὶ Γότθων τοὺς δοκιμοὺς Βελισάριος  
 τῶν ἐπιτηδίων τινὰς ἐπέμψε, κελύων ἐπιτελῆ ποιήσειν ὄσα ὑπέ-  
 σχογτο. οὐδὲ γὰρ αὐτοὺς ἐς ἄλλον τινὰ χρόνον τὴν πρῶξιν ἀπο-  
 τίθεσθαι ὁ λιμὸς ξυνεχώρει, ἀλλ' ἔτι μᾶλλον ἐγκείμενος ἐς ταύ-  
 την ἐνήγε. διὸ καὶ πρέσβεις ἐς τὸ Ῥωμαίων στρατόπεδον στέλ- B  
 15 λουσιν αὐθις, ἄλλο μὲν τι οὐδὲν ἐς τὸ πλῆθος ἐροῦντας, ἐν  
 παραβύστω δὲ πρὸς Βελισαρίου τὰ πιστὰ ληρομένους, ὡς ἔχαρτ  
 τε αὐτῶν ἐργάσεται εἰς οὐδένα καὶ βασιλεὺς τὸ λοιπὸν Ἴταλιωτῶν  
 τε αὐτὸς καὶ Γότθων εἶη, οὕτω τε ξὺν αὐτῷ καὶ τῷ Ῥωμαίων  
 στρατῷ ἐς Ῥάβενναν ἤξοντας. Βελισάριος δὲ τὰ μὲν ἄλλα ὤμο-  
 20 σεν ἅπαντα, καθάπερ οἱ πρέσβεις ἤξλου, ὑπὲρ δὲ τῆς βασιλείας  
 αὐτῷ Οὐτίγιδι καὶ Γότθων τοῖς ἄρχουσιν ὁμῆσθαι ἔφη. καὶ  
 αὐτὸν οἱ πρέσβεις οὐκ ἂν ποτε ἀποσιείσθαι τὴν βασιλείαν οἴμε-  
 νοι, ἀλλ' ἐφίεσθαι αὐτῆς πάντων μάλιστα, αὐτίκα δὴ μάλα ἐς

1. βουλευέσθαι L. βουλευέσθε HP. 5. Οὐτίγιδι δοριαλώτους]  
 Οὐτίγι δοριαλώτους P. 17. ἐργάσεται] Vulgo ἐργάσθαι.

vis timeret, Gotthorum tamen laudato consilio, clam et ipse Belisario in-  
 stitit, ut invaderet Imperium, asserens neminem obstiturum. Tum Beli-  
 sarius, convocatis iterum Imperatoris Legatis cunctisque Ducibus, ex ipsis  
 quæsiit, nonne magnum ac valde memorabile esset, Gotthos omnes ipsum-  
 que Vitigin bello capere, opibus omnibus potiri, ac totam Italiam Roma-  
 nis recuperare? Illi ad Romanam felicitatem cumulum eo facto insignem  
 ingentemque accessurum fatentur, et rogant ut quamprimum rem, si qua  
 possit via, expediat. Ergo mox Belisarius quosdam e familiaribus suis  
 ad Vitigia et Gotthorum Proceres destinat, mandatque ut promissa effi-  
 ciant. Cum autem fames rem in aliud differri tempus non sineret, sed  
 ingravescens ad id stimularet; Legatos ad Rom. castra iterum mittunt,  
 iussos nihil multitudini aperire, sed remotis arbitris fidem accipere a Be-  
 lisario, eum nihil mali ipsorum cuiquam irrogaturum, et Italorum Gottho-  
 rumque in posterum futurum Regem: his ita compositis, Ravennam cum  
 ipso ac Romano exercitu venire. Caetera Belisarius omnino ita, ut Legati  
 postulabant, se præstiturum iuravit: quod ad regnum attinebat, se  
 Vitigi ipsi et Gotthorum Proceribus iusiurandum daturum dixit. Hic  
 Oratores ipsum rati nunquam repudiaturum imperium, at id maximo

C Ῥάβενναν ζῶν ἀντοῖς ἐκέλευον ἵνα. καὶ τότε δὴ Βελισάριος  
 Βέσσαν τε καὶ Ἰωάννην καὶ Ναρσῆν καὶ Ἀράτιον (τούτους γάρ  
 οἱ ὡς μάλιστα δύσγους εἶναι ὑπώπτευσεν) ἄλλον ἄλλαχόσε ζῶν  
 τοῖς ἐπομένοις ἐκέλευεν ἵνα, τὰ τε θναγκαῖα σφίσι πορίζεσθαι·  
 αὐτῶ γὰρ οὐκέτι ἔφρασκε δυνατὰ εἶναι ἐς τοῦτο δὴ τὸ χωρίον 5  
 παντὶ τῷ στρατῶ τὰ ἐπιτήδεια ἑσκομίζεσθαι. καὶ οἱ μὲν κατὰ  
 ταῦτα ἐποιοῦν, ζῶν Ἀθανασίῳ τῷ τῶν πρατωριῶν ὑπάρχει,  
 ἄφρι ἤκοντι ἐκ Βυζαντίου, αὐτὸς δὲ τῷ ἄλλῳ στρατεύματι ζῶν  
 D Γότθων τοῖς πρόσβεισιν ἐς Ῥάβενναν ἦει. καὶ νηῶν στόλον ἐμ-  
 πλησάμενος σίτου καὶ τῶν ἄλλων ἐπιτηδείων ἐκέλευε κατὰ τάχος 10  
 ἐς Κλάσσεσ τὸν λιμένα ἐσπλεῖν. οὕτω γὰρ Ῥωμαῖοι τὸ Ῥαβέννης  
 προύστειον καλοῦσιν, οὗ ὁ λιμὴν ἐστίν. ἐμοὶ δὲ τότε διασκο-  
 πουμένῳ τῆν ἐς Ῥάβενναν εἰσοδὸν τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ ἔννοιά  
 τις ἐγένετο, ἀνθρώπων μὲν ἢ ἀνδρείᾳ ἢ πλήθει ἢ τῇ ἄλλῃ ἀρετῇ  
 ὡς ἤκιστα περαινέσθαι τὰ πρασσόμενα, εἶναι δὲ τι δαιμόνιον, 15  
 ὅπερ αὐτῶν αἰεὶ στρέφον τὰς διανοίας ἐντυῦθα ἄγει οὐ δὴ κω-  
 λῦμη τοῖς περαιουμένοις οὐδεμία ἔσται. τῶν γὰρ ἐναντίων οἱ  
 Γότθοι πλήθει καὶ δυνάμει παρὰ πολὺ ὑπεραίροντες καὶ οὔτε  
 μάχῃ διακριθέντες, ἀφ' οὗ ἐν Ῥαβέννη ἐγένοντο, οὔτε ἄλλῳ  
 ὄψωσιν δεδολωμένοι τὸ φρόνημα, δοριάλωτοί τε πρὸς τῶν 20  
 P 461 ἐλασσόνων ἐγένοντο καὶ τὸ τῆς δουλείας ὄνομα ἐν ὕβρει οὐδεμιᾷ

11. „ἐς Κλάσσεσ] Ita correxi beneficio Vaticani, quod in aliis ex-  
 emplaribus sic scriptum est, ἐσκλας ἐς, et ἐσχαλας.“ MALT. ἐσκλας  
 ἐς H. ἐς κλας ἐς L. 20. δοριάλωτοι] δορνάλωτοι P. 21. καὶ  
 τὸ — ἦγον om. L.

omnium concupiscere, hortantur ut secum e vestigio Ravennam intret. Tum Belisarius Bessam, Ioannem, Narsetem et Aratium, quos sibi infensissimos putabat, alium alio cum turmis, quibus praeerant, dimittit ac sibi quemque comeatu providere iubet, negans efficio se posse, ut eo loci copiis omnibus res cibaria diutius suppetat. Hi dicto audientes, abiere cum Athanasio Praefecto Praetorii, qui Byzantio recens advenerat. Ipse cum reliquo exercitu et Gotthorum Legatis Ravennam petiit, et classem frumento aliisque rebus ad victum commodis onustam oeleriter navigare iussit ad portum Classes. Ita Romani vocant Ravennae suburbia, ubi portus est. Mihi vero tunc temporis Romanum exercitum Ravennam ingredientem spectanti insidebat haec cogitatio, non generositate hominum, non multitudine, non animi vi procedere perficere incepta: sed Numen esse, quod eorum mentes sic flectat, ut eo semper inducat, ubi nullus erit eventus obex. Cum enim Gotthi et numero et viribus longe essent hostibus superiores, neque armis decrevissent, ex quo Ravennam intraverant, nihilque appareret quod terrore distringeret eorum animos, iugam acceperunt a paucioribus, nec servitutis nomini infamiam

ἦγον. αἱ δὲ γυναῖκες (ἐτύγχανον γὰρ πρὸς τῶν ἀνδρῶν ἀκη-  
 κουῖαι μεγάλους τε τὰ σώματα καὶ ἀριθμῶ κρείσσους τοὺς πολε-  
 μίους εἶναι) τὰ πρόσωπα τῶν ἀνδρῶν πᾶσαι ἀπέπτυνον, ἐπειδὴ  
 ἅπαντας ἐπὶ τῆς πόλεως καθημένους εἶδον, καὶ ταῖς χερσὶν ἐν- V 107  
 5 δεικνύμεναι τοὺς νενικηκότας τὴν ἀνανδρίαν ὠνείδιζον. Βελισά-  
 ριος δὲ Οὐτίγην μὲν οὐ ξὺν ἀτιμίᾳ ἐν φυλακῇ εἶχε, τῶν δὲ βαρ-  
 βάρων ὅσοι ἐντὸς Πάδου ποταμοῦ ᾤκηστο, ἐς ἀγροὺς τοὺς σφε-  
 τέρους ἰόντας, ἐκέλευεν αὐτῶν κατ' ἔξουσίαν ἐπιμελεῖσθαι. πο- B  
 λέμιον γὰρ οἱ οὐδὲν ἐνταῦθα ὑπώπτευν ἐσσεῖσθαι, οὐδὲ Γότθους  
 10 ποτὲ ταύτῃ ξυστήσεσθαι, ἐπεὶ πολλοὺς πρότερον τοῦ Ῥωμαίων  
 στρατοῦ ἐς τὰ ἐκεῖνη χωρία καταστησάμενος ἔτυχεν. οἱ δὲ κατὰ  
 τάχος ὕσμενοι ἤεσαν. οὕτω τε Ῥωμαῖοι ἐν τῷ ἀσφαλεῖ ἤδη ἐγι-  
 νοντο. οὐ γὰρ ἔτι Γότθων ἐν γῆ Ῥαβέννη πλήθει ἠσσωῖντο. μετὰ  
 δὲ τὰ ἐν παλατίῳ χρήματα ἔλαβεν, ἅπερ διακομίζειν βασιλεῖ  
 15 ἔμελλε. Γότθων γὰρ οὐδένα οὔτε αὐτὸς ἐλήισατο οὔτε ἄλλω τῷ  
 ληίσασθαι ξυνεχώρησεν, ἀλλ' αὐτῶν ἕκαστος τὴν οὐσίαν κατὰ C  
 τὰ ξυγκείμενα διεσώσατο. ἐπεὶ δὲ τῶν βαρβάρων ὅσοι ἐς τῶν  
 χωρίων τὰ ἐχυρώτατα φυλακὴν εἶχον Ῥαβεννάν τε καὶ Οὐτίγην  
 πρὸς Ῥωμαίων ἔχεσθαι ἤκουσαν, πρέσβεις παρὰ Βελισάριον  
 20 ἔπεμπον, σφᾶς τε αὐτοὺς ὁμολογία παραδιδόναι καὶ ἅπερ ἐφύ-  
 λασσον ἄξιοῦντες. καὶ ὅς, ἅπασι τὰ πιστὰ προθυμώτατα παρα-  
 σχόμενος, Ταρβισίον τε καὶ εἴ τι ἄλλο ἐν Βενετίας δούρωμα πα-

1. ἀκηκουῖαι (ἀκηκούειαι H) — τῶν ἀνδρῶν om. L. 5. ἀναν-  
 δρίαν] ἀνδρίαν HL: sed illud Hm. 15. οὔτε — οὔτε] Vulgo  
 οὐδὲ — οὐδὲ. 22. Ταρβισιον H. Θαρβίσιον P. ibid. et te  
 om. HL. ibid. ἐν om. H.

in esse ullam duxerunt. Certe feminae, quae a maritis audierant Roma-  
 nos mole corporis valere, et hostibus praestare numero, cunctae conspu-  
 tabant virorum ora, quos omnes in urbe sedere viderant, et victores  
 monetantes manibus ignaviam exprobrabant. Vitigin Belisarius in custo-  
 dia habuit honesta ac liberali, et Barbaros, qui cis Padum fluvium ha-  
 bitabant, suos agros invisere et ad arbitrium colere iussit. Inde enim  
 nihil hostile suspicabatur, neque ibi Gothos unquam coituos putabat;  
 quod tractum illum non exigua parte Romani exercitus ante ineditisset.  
 Statim illi lubentibus animis ivere: itaque Romani iam fuere in tuto; ut  
 qui numero Gothis in urbe non cederent. Deinde opes Palatii cepit,  
 Imperatori portandas. Gotthorum neminem nec spoliavit ipse, neque a  
 quoquam spoliari passus est: sed eorum quisque fortunas suas ex pacto  
 et conventu servavit. Postquam Barbaris, qui in locis munitissimis prae-  
 sidium agitabant, fama nuntiavit, Ravennam et Vitigin in potestate Ro-  
 manorum esse, Legatos miserunt ad Belisarium, ut se, et quae obtine-  
 bant loca, ipsi dederent. Ille omnibus animo propensissimo data fide,  
 Tarvisium et alia quaeque sibi subdidit Venetorum munimenta. Caese-

ρεστήσατο. Καισάρην γὰρ ἐν Αἰμιλίᾳ μόνη ἔλλειπτο; ἦν δὲ  
 D πρότερον ξὺν Ῥαβέννῃ παραστησάμενος ἔτυχε. καὶ Γότθοι μὲν  
 ἄπαντες, ὅσοι τούτων δὴ τῶν χωρίων ἤρχον, ἐπειδὴ τάχιστα τὰ  
 πιστὰ ἔλαβε, παρὰ Βελισάριον ἤκοντες αὐτοῦ ἔμνον· Ἰδὶ-  
 βαδος δὲ, ἀνὴρ δόκιμος, ὅσπερ φρουρᾶς τῆς ἐν Βερῶνῃ ἦρχε, 5  
 πρέσβεις μὲν ἐς Βελισάριον ἐφ' ὅσπερ οἱ ἄλλοι καὶ αὐτὸς ἐπεμ-  
 ψεν, ἐπεὶ καὶ τοὺς παῖδας τοὺς αὐτοῦ ἐν Ῥαβέννῃ εὐφρῶν Βελι-  
 σάριος ἔσχεν, οὐ μὴν οὔτε ἐς Ῥάβενναν ἦλθεν οὔτε Βελισαρίῳ  
 ὑποχείριος γέγονε. τύχη γὰρ τις αὐτῷ ξυνέβη, ἦν δὴ ἐγὼ ἀσπίκα  
 δηλώσω. 10

P 462  
 H 256

λ'. Τινὲς τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ ἄρχοντες διέβαλλον αὐ-  
 τὸν βασιλεῖ, τυραννίδα οὐδαμῶθεν αὐτῷ προσήκουσαν ἐπιενε-  
 γκόντες. βασιλεὺς δὲ οὐχ ὅσον ταῖς διαβολαῖς ταύταις ἀναπει-  
 σθείς, ἀλλ' ὅτι οἱ ὁ Μηδικὸς πόλεμος ἐνέκειτο ἤδη, Βελισάριον  
 μὲν ὡς τάχιστα μετεπέμψατο, ὅπως ἐπὶ Πέρσας στρατεύσειεν· 15  
 ἐπιμελεῖσθαι δὲ Ἰταλίας Βέσσαν τε καὶ Ἰωάννην ξὺν τοῖς ἄλλοις  
 ἐκέλευε, καὶ Κωνσταντιανὸν ἐς Ῥάβενναν ἐκ Δαλματίας ἐπέστει-  
 B λεν ἵνα. Γότθοι δὲ, οἱ Πιάδου ποταμοῦ καὶ Ῥαβέννης ἐκτὸς  
 ἴδρυντο, ἀκούσαντες ὡς Βελισάριον βασιλεὺς μεταπέμψοιτο,  
 τὰ μὲν πρῶτα ἐν ἀλογίᾳ τὸ πρᾶγμα εἶχον, οὐκ ἂν ποτε οἰόμενοι 20  
 Βελισάριον τῆς ἐς Ἰουστινιανὸν πίστειως περὶ ἐλάσσονος τῆν Ἰτα-  
 λίας βασιλείαν ποιήσασθαι ἂν. ἐπεὶ δὲ αὐτοῦ πολλὴν τῆς ἀπό-  
 δου τῆν παρυσκευὴν ἐπύθοντο εἶναι, ξυμφρονήσαντες, εἴ τι αὐ-

1. Καισάρην] καισάρην HL. 5. Βερῶνῃ] Vulgo Βερῶνῃ. 8. οὐ-  
 τε — οὔτε] Vulgo οὐδὲ — οὐδὲ.

nam, quae in Aemilia restabat sola, prius, eodem nimirum tempore, quo  
 Ravennam, subegerat. Ac Gotthi quidem omnes horum locorum Praefec-  
 ti, statim post acceptam fidem, contulere se ad Belisarium, et cum eo  
 mansere. Ildibadus vero, vir primarius, qui praesidio Veronensi prae-  
 rat, cum eadem qua caeteri ratione ad Belisarium Legatos ideo misisset,  
 quia Belisarius ipsius filios, quos Ravennae invenerat, retinebat, Ravennam  
 ipse non petiit, neque in Belisarii potestatem venit. Nam ei casus  
 quidam incidit, de quo mox dicam.

30. Quidam exercitus Romani Duces occupari tyrannidem a Belisario,  
 insigni mendacio criminati sunt apud Imperatorem. Hic vero, non eorum  
 calumniis, sed urgente iam bello Persico impulsus, Belisarium quamprimum  
 revocavit, ut in Persas exercitum duceret. Italiae curam Bessae, Ioanni,  
 aliisque mandavit: Constantiano praecepit, ut Ravennam conferret se ex  
 Dalmatia. Tum Gotthi, qui trans Padum fluv. et Ravennam habitabant,  
 allato nuntio, revocari ab Augusto Belisarium, primo quidem id pro  
 levissimo habuerunt, eum rati regnum Italiae nunquam posthabitarum  
 promissae Augusto fidei. At ubi constitit, ipsum magno studio profectio-  
 nem parare, quicumque in illis partibus adhuc restabant

τῶν καθαρὸν ἐνταῦθα ἔτι ἐλλείπειτο, ἐς Τίανον παρὰ Οὐραίων  
 τὸν Οὐιτίγιδος ἀδελφιδοῦν ἦλθον, πολλὰ τε πρότερον ζῶν αὐτῷ  
 κλαύσαντες ἐλεξαν τοιαύδε „Ὄκ ἄλλος οὐδεὶς τῷ Γότθων γένει  
 αὐτιώτατος τῶν παρόντων κακῶν ἢ σὺ γέγονας. ἡμεῖς γὰρ τὸν  
 5 θεῖον τὸν σὸν, οὕτως ἄνανδρόν τε καὶ ἀτυχῆ ἐξηγοῦμενον, πά-  
 λαι ἂν τῆς ἀρχῆς παρελύσαμεν, ὡσπερ καὶ Θεοδάτον τὸν Θεο-  
 δερίχου ἀδελφιδοῦν, εἰ μὴ σου τὸ δοκοῦν δραστήριον αἰσχυνό-  
 μνοι Οὐιτίγιδι μὲν τὸ τῆς βασιλείας ὄνομα ξυγχωρεῖν ἔγνωμεν,  
 ἔργῳ δὲ σοὶ μόνῳ παραδιδόναι τὴν Γότθων ἀρχήν. ἀλλὰ περι-  
 10 ἔστηκεν ἡ τότε δοκοῦσα ἡμῶν ἐγνωμοσύνη, τῶν ἀποία τε φαινο-  
 μένη καὶ τῶνδε ἡμῖν τῶν ξυμποροῦν αἰτία. Γότθων γὰρ, ὡσπερ V 108  
 οἶσθα, ὧ φίλε Οὐραῖα, τεθνάναι μὲν ἐν τῷ πολέμῳ πλείστους  
 τε καὶ ἀρίστους ξυμβαίνει, τῶν τε περιόντων, εἴ τι μὲν ἀριστον  
 ἀπολλέλειπται, ζῶν τε Οὐιτίγιδι καὶ χρήμασι πᾶσι Βελισάριος ἄγων D  
 15 οὐχίσηται. ταῦτὸ δὲ τοῦτο μὴ οὐχὶ καὶ ὑμᾶς ὀλίγω ὑστερον πέ-  
 σισθαί, ὀλίγους τε καὶ λίαν οὐκτροὺς καθιστώτας, οὐδεὶς ἂν  
 ἀντάποι. τοιοῦτων τοίνυν περισσυχότων δεινῶν, τὸ ζῆν εὐλα-  
 βεία τεθνάναι μᾶλλον ξυνοίσει ἢ παιδεία τε καὶ γυνάικας πρὸς  
 τῶν πολεμίων ἐς τῆς γῆς τὰς ἐσχατίας ἀγομένους ἰδεῖν. πράξο-  
 20 μεν δέ τι, ὡς τὸ εἶδος, ἀρετῆς ἄξιον, ἦν γέ σε τῶν ἔργων ἀρ-  
 χηγὸν ἔξομεν.“ Γότθοι μὲν τοσαῦτα εἶπον. Οὐραῖας δὲ ἡμί-

1. Τίανον] πικηρόν HL. 5. ἀτυχῆ P. ἀτυχος HL. 10. ἀτυ-  
 χῆ Hm. 7. σου] es HL. 12. οἶσθα Scaliger. Legebatur  
 ἡεθα. ibid. τεθνάναι] τεθνᾶναι L hic et infra. 16. οὐ-  
 κτροὺς P ex Maltreti coniectura. Libri ἐχθροὺς. 17. ἀντάποι] V  
 Vulgo ἀνταίπη. Conf. p. 163, 12. ibid. εὐλαβεία] εὐλαβία L.

praestantes gentis illius viri, uno consensu in urbem Ticinum Ursalam  
 ex sorore nepotem Vitigis conveniunt, ac diu mistis cum ipso lacrimis,  
 ita alloquantur. Calamitatis, qua modo premitur Gotthorum natio, ni-  
 mo, praeter te, praecipua causa extitit. Nos enim avunculam tuam, in-  
 eritem adeo et infelicem Principem, iamdiu regno, ut Theodatum sororis  
 Theoderici filium, detruissemus, nisi illum, quem prodis, strenuum ani-  
 mum reveriti, statuissemus, relicto Vitigi Regis nomine, potestatem ipsam  
 in te unum transferre. Sed quae tunc videbatur esse benignitas, nunc eo  
 recidit, ut pateat insaniam fuisse, exitiique nostri originem. Gotthorum  
 enim, ut ipse sois, dilecte Uraia, plurimos eosque fortissimos vis Martis  
 sustulit: ac si qui inter gentis reliquias egregii bellatores superviunt, eos  
 cum Vitige et cunctis epibus hinc Belisarius avehet. Ac nemo est qui ne-  
 get brevi tempus affore, quo ad exiguum numerum magnamque miseriam  
 redacti, idem patiamur. Cum igitur eiusmodi mala nos circumveniant,  
 honeste mori praestat quam liberos et uxores ab hostibus in extremum Or-  
 bem abductos cornere. Porro, si te coeptorum Ducem habebimus, procul  
 dubio patrabimus aliquid viris fortibus dignum. Haec Gotthi: quibus

Procopius II.

18

P 463 βεται ὧδε „Ὡς μὲν δεῖ ἐν τοῖς παροῦσι δεινοῖς πρὸ τῆς δουλείας ἡμᾶς τὸν κίνδυνον αἰρεῖσθαι, ταῦτά με ὑμῖν γνωσκέειν ζυμβαίνει. ἐς Γότθων δέ με τὴν βασιλείαν καθίστασθαι παντάπασιν οἶμαι ἀξίωμορον εἶναι· πρῶτα μὲν, ὅτι Οὐτιγίδος ἀδελφιδούσων, ἀνδρὸς οὕτως ἡτυχηκότος, εὐκαταφρόνητος ἂν τοῖς πολεμίοις εἶναι δοκοίην, ἐπεὶ ἐς τοὺς ξυγγενεῖς αἰεὶ τὰς τύχας παρέμπεσθαι οἴονται ἄνθρωποι. ἔπειτα δὲ οὐδὲ ὅσια ποιεῖν δόξαμι, ἐπιβατεῦσιν τῆς τοῦ Θεοῦ ἀρχῆς, καὶ ἅπ' αὐτοῦ μοι ἀχθομένους ὑμῶν τοὺς πλείστους, ὡς τὸ εἶκος, ἔξω. Ἐγὼ δὲ φημι χρῆναι Γότθων ἕρχοντα ἐς κίνδυνον τόνδε Ἰλδίσβαδον καθίστασθαι, ἄνδρα ἐς ἄκρον ἀρετῆς ἤκοντα καὶ διαφερόντως δραστήριον. ᾧ δὴ καὶ Θεῷ δειῶν τε ὄντα τὸν τῶν Οὐσιγιότθων ἡγούμενον ξυνάρασθαι τοῦ πολέμου διὰ τὸ ξυγγενὲς οὐδὲν ἀπαικός. διὸ δὴ καὶ τὸν ἀγῶνα ξὺν ἑλλπίδι ἀμείνονι πρὸς τοὺς ἐναντίους διόλοισμεν.“

15  
 Τοσαῦτα καὶ Οὐραίας εἰπὼν τὰ ξύμφορα Γότθοις ἄπασιν λέγειν ἔδοξε. καὶ αὐτοῖς Ἰλδίσβαδος ἐκ Βερώνης ἀντίκα μεταπέμπτως ἦλθεν. ᾧ δὴ τὴν πορφύραν περιβαλόντες, βασιλέα τε ἀνείπον καὶ σφίσι εὖ θέσθαι τὰ παρόντα ἐδέοντο. ὧδε μὲν ἐς τὴν ἀρχὴν Ἰλδίσβαδος κατέστη. ὀλίγω δὲ ὕστερον Γότθους ἄπαντας ξυγκαλέσας ἐλέξε τοιαύδε „Ἄπαντας ὑμᾶς, ἄνδρες ξυστρατιῶται, πολλῶν ξενεπίσταμαι εἶναι πολέμων ἐμπείρους, ὥστα

6. δοκοίην] δοκοίη L. 17. Βερώνης] βεράνης H. ῥαβέννης L. Verona Pers. 22. εἶναι add. L.

Uraias ita respondit: *Equidem vobis illud assentior, in hac calamitate vobis eleam belli subeundam potius esse quam servitutem. Quod autem me Gotthorum Regem creare vullis, id a communi utilitate omnino alienum iudico. Nam primo, eum ex sorore sive nepos Vitigis, viri, qui rem adeo infelicititer gessit, hostibus essem despiciatissimus: siquidem vulgaris opinio est, ad propinquos infortunia propagari. Deinde, si regnum occuparem avunculi, viderer scelus admittere; quod a me plerisque vestrum merito alienaret. Ego vero sic statuo, Gotthorum Regem in extremum istud discrimen deligendum esse Ildibadam, summa virum fortitudine et navitate singulari: qui, ut apparet, in belli societatem Theudin avunculium, Visigotthorum Regem, propinquitatis vinculo pertrahet. Itaque meliori cum spe hostem armis petemus.*

Hac oratione Uraiam ea suasisse, quae maxime expedirent, Gotthi omnes consueverunt. Protinus Verona accitus Ildibadus affuit: quem cum induissent purpura, Regem salutarunt, rogaruntque ut praesenti rerum suarum statui consuleret. Ita Rex factus Ildibadus, paulo post convocatis Gotthis omnibus, hoc fere modo disseruit. *Quotquot hic adestis, Commilitones, longo rei bellicae usu peritos esse scio. Proinde in armis*



οὔποτε εἰκότως εἰς τὸ πολεμεῖν ἐκ τοῦ εὐθύς χωρήσομεν. ἐμπει-  
 ρία γὰρ λογισμὸν φέρουσα θρασύνεσθαι ἤμισα εἶωθεν. ἄξιον  
 δὲ ἀναμνησθέντας πάντας ἡμᾶς τῶν προτέρων ξυμπεπτιωκότων,  
 οὕτω τανῦν ὑπὲρ τῶν παρόντων βουλευσασθαι. λήθη γὰρ παλ-  
 5 λοῖς τισιν ἐπιγενομένη τῶν ἤδη φθασάντων ἐπῆρε μὲν αὐτῶν οὐκ  
 ἐν δέοντι ὑπὸ ἀμαθίας τὰς γνώμας, ἐν δὲ τοῖς μεγίστοις ἰκανῶς  
 ἔσφηλεν. Οὐτίγισ τοίνυν οὐκ ἀκόντων γε οὐδὲ ἀντιτεινόντων  
 ἡμῶν ἐς τῶν πολεμίων αὐτὸν καθῆκε τὰς χεῖρας, ἀλλ' ἀπειπόντες  
 τότε πρὸς τὰ τῆς τύχης ἐναντιώματα ξυμφορώτατον ἡμῖν αὐτοῖς  
 10 ἡγήσασθε εἶναι Βελισαρίω οἴκοι καθήμενοι ἐπακούειν μᾶλλον ἢ  
 τοῖς σώμασι διακινδυνεύειν. ἀπαίρειν τε νῦν μέντοι αὐτὸν ἀκη- D  
 κούτες καὶ ἐς Βυζάντιον στέλλεσθαι, νεωτέροις πράγμασιν ἐγχει-  
 ρεῖν ἔγνωτε. καίτοι ἐχρῆν ἐκλογίεσθαι ἡμῶν ἕκαστον οὐκ ἅπαντα H 257  
 τοῖς ἀνθρώποις ἢ δοκεῖ γίνεσθαι, ἀλλὰ τῶν δεδογμένων παρὰ  
 15 δόξαν πολλὰκις ἢ τῶν πραγμάτων ἀπόβασις ἀπ' ἐναντίας ἐχώ-  
 ρησε. τύχη γὰρ καὶ μετᾶμελος τὰ πολλὰ κατορθοῦν ἐκ τοῦ  
 ἀπροσδοκίτου πεφύκασιν. ὅπερ καὶ νῦν Βελισαρίω ξυμβῆσε-  
 σθαι οὐδὲν ἀπεικός. ἄμεινον τοίνυν πνθῆσθαι μὲν αὐτοῦ πρό-  
 20 τερον, πειρᾶσθαι δὲ ἀντικαθιστάναι τὸν ἀνθρωπον ἐπὶ τὰ πρῶην  
 ξυγκείμενα, οὕτω τε ἡμᾶς ἐπὶ τῶν πράξεων τὰ δεύτερα λέναι.“  
 ταῦτα δὲ Ἰλδρίβαδος εἰπὼν εὖ τε βεβουλευσθαι Γότθοις ἔδοξε καὶ

1. „ἐμπειρία γὰρ λογισμὸν φέρουσα —] Imitatio verborum Thucy-  
 didis lib. 2. ὅτι ἡ μὲν ἀμαθία θράσος, ὁ δὲ λογισμὸς ἄνους φέ-  
 ρει. Greg. Nat. etiam θράσος ἀμαθίας ἔκγονον dicit, et Lucian.  
 epist. ad Nigrin. ὅτι ἡ ἀμαθία μὲν θρασεῖς, ὄνηρους δὲ τὸ λε-  
 λογισμένον ἀπεργάζεται.“ HORSCHL. 14. γίνεσθαι] γίνεται HL.  
 Quo servato Hoeschelius ὅτι οὐκ — scribebat.

non feremur praecipites. Cum enim peritia mentem secum et consilium  
 offerat, audaciam temerariam fugit. Debetis autem omnes, proposita  
 vobis memoria priorum casuum, iam de instantibus deliberare. Multorum  
 enim animos praeteritorum oblivio, cum minime oportebat, temere extulit,  
 et in rebus maximi momenti vehementer sefellit. Ergo Vitigis se in ma-  
 nus hostium demisit, neque invitis vobis, nec renitentibus: sed animis  
 tunc adversa debilitatis fortuna, utilius longe nobis fore duristis, domi  
 resides Belisario dare manus, quam corpora in praelii discrimen commit-  
 tere. Iam vero, cum auditis illum discedere et Byzantium proficisci, re-  
 bus novis studetis. At quemque vestrum reputare secum oportet, homines  
 non omnia facere quae destinaverunt: verum saepe fit praeter opinionem,  
 ut consilium contrarium sint rerum exitus. Fortuna enim ac poenitentia me-  
 liora suadet et improviso efficere solent: quod in praesenti accidere Be-  
 lisario nihil vetat. Quare satius est cum ipso prius agere, et dare operam  
 ut ad pristinam pacificationem se referat: tum demum ad ea progredi quae se-  
 cundo loco agenda sunt. Haec effato Ildibado, sententiam eius proba-

- P 464 πρόσβεις ἐς Ῥάβενναν κατὰ τάχος ἔπεμψαν. οἱ δὲ Βελισαρίῳ ἐς ὄψιν ἐλθόντες τῶν τε ξυγκειμένων σφίσιιν ὑπέμνησαν καὶ ἄτε διαλύτην τῶν ὠμολογημένων ἐκάκιζον, αὐθαίρετον μὲν ἀποκαλοῦντες ἀνδράποδον, ὀνειδίζοντες δὲ, ὅτι δὴ οὐκ ἐρυθριψή πρὸ τῆς βασιλείας τὴν δουλείαν αἰρούμενος, ἄλλα τε τοιαῦτα πολλὰ λέγοντες ἐπὶ τὴν ἀρχὴν παρεκάλουν. οὕτω γὰρ καὶ Ἰλδιβάδον ἐθελούσιον ἀφίξασθαι ἰσχυρίζοντο, τὴν τε πορφυρίδα καταθησόμενον ἐς τοὺς αὐτοῦ πόδας καὶ βασιλέα Βελισάριον Γότθων τε
- V 109. καὶ Ἰταλιωτῶν προσκυνήσοντα. οἱ μὲν πρόσβεις ταῦτα ἔλεγον, οἴομενοι τὸν ἄνδρα τὸ τῆς βασιλείας ὄνομα καταδέχεσθαι οὐδὲν 10
- B μελλήσεσθαι αὐτίκα δὴ μῦλα. ὁ δὲ οὐ προσδοκωμένοις αὐτοῖς ἄντικρυς ἀπέειπεν, ὡς οὐκ ἔν ποτε ζῶντος Ἰουστινιανοῦ βασιλέως Βελισάριος ἐπιβατεύοι τοῦ τῆς βασιλείας ὀνόματος. καὶ οἱ μὲν ταῦτα ἀκούσαντες ἀπηλλάσσοντό τε ὡς τάχιστα καὶ Ἰλδιβάδῳ τὸν πάντα λόγον ἀπήγγελλον. Βελισάριος δὲ τὴν ἐπὶ τὸ Βυζάν- 15 τιον ἦει καὶ ὁ χειμῶν ἔληγε, καὶ τὸ πέμπτον ἔτος ἐτελεύτα τῷ πολέμῳ τῷδε, ὃν Προκόπιος ξυνέγραψεν.

13. ἐπιβατεύοι] ἐπιβατεύειν H. Correctum ab Hoesch. in annot.  
15. ἀπήγγελλον] ἀπήγγειλον L.

runt Gotthi, et Ravennam Legatos propere miserunt: qui ad Belisarium introducti, in memoriam redigunt conventa, et violatam promissi fidem obiiciunt: ac voluntarium appellantes mancipium, et exprobrantes quod regno servitutem praeferre non erubesceret, allaque id genus multa auribus ingerentes, hortantur ne dignitatem supremam respuat: affirmant venturum ultro Ildibadum, positaeque ad pedes purpura, Regem Gotthorum atque Italiae agnitorum adoratione Belisarium. Haec dicebant Legati, minime dubitantes, quin Belisarius nulla interposita mora Regis nomen acciperet. At ille praeter eorum expectationem negavit plane usurpaturum Belisarium Regis nomen, quandiu Iustinianus Aug. viveret. Quo audito, digressi statim Legati, rem omnem Ildibado renuntiarunt. Belisarius Byzantium profectus est, et cum hieme annus quintus exiit huius belli, quod Procopius scripsit.

ΠΡΟΚΟΠΙΟΥ ΚΑΙΣΑΡΕΩΣ P 465  
V 110  
H 258  
ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΤΗΣ Β' ΤΕΤΡΑΔΟΣ Η Γ'.

ΙΣΤΟΡΙΩΝ — Η Β'.] ΤΗΣ ΔΕΥΤΕΡΑΣ ΤΕΤΡΑΔΟΣ ΤΩΝ  
ΚΑΤ' ΑΤΤΟΝ ΙΣΤΟΡΙΩΝ ΒΙΒΛ. Γ'. Ρ.

PROCOPII CAESARIENSIS  
HISTORIARUM TETRADIS II.  
LIBER III.

ARGUMENTUM.

EX EDITIONE MALTRETI.

**B**elisarius Vitigim et Gotthos captivos Byzantium deportat. Non donatur triumpho. Eius laudes amplissimae. Ildibadus, Gotthorum Rex, gentis reliquias in Italia colligit. Rem Romanam evertit avaritia Alexandri Logothetae, cui cognomen Forficulae inditum, quod nummos raderet. Ildibadus Vitalium acies vincit. Offensae uxoris precibus permotus, Uraiam tollit e medio. Deinde ipse in convivio interficitur. (Cap. 1.) Rugi, gens Gotthica, Eraricum Regem creant. Caeteri Gotthi Totilam ad regnum invitant. Eraricus, dum per Legatos cum Iustiniano agit, occiditur. Totilas regnum cepit. (2.) Coeunt in consilium Romani Duces, ab Iustiniano reprehensi. Veronam accedunt Constantianus et Alexander. Urbs capitur proditione; mox amittitur, Ducum culpa. (3.) Artabasis ad Romanos, Totilae ad Gotthos oratio. Artabasis cum Viliari inter geminas acies singulare certamen, utriusque infaustum. Romanorum clades ac fuga turpissima. (4.) Gotthi Florentiam obsident. Romanorum adventu cognito, obsidionem solvunt. Pugna inita, rumore falso Romani consternantur in fugam. (5.) Totilas castella, urbes ac provincias multas recipit. Neapolim obsidet. Iustinianus in Italiam Maximinum Praefectum Praetorio cum classe, et Demetrium mittit. Demetrius Neapolitanis auxilium parat. Demetrius alter, dum illum Neapolim ducit, fugata a Gotthis classe, linguae intemperantiam luit. (6.) Maximini cunctatio. Romana classis tempestate iactata, a Gotthis male accipitur. Totilas Demetrium captum suadere iubet Neapolitanis ut sese dedant.

